"Bonorum possessio. "Ista est divisibilis lex, & breuiter dicit. Filius ignorãte patre potest bono. pos. sibi delatam[b] agnoscere, & patri ratũ habere inomnium quæritur, & admittitur cursu temporis. h. d. Ista lex pot diuidi in tres partes, sicut dixi in summario, & tria præmitte. De iure antiquo secundum l. xij. tab. nõ veniebãt ad successionẽ inuicem nisi agnati, & illi, inter quos nõ erat ius agnationis, nõ succedebãt inuicẽ de iure ciuili, ideo filius emãcipatus nõ succedebat patri. Itẽ cõiuncti per fœminẽ lineã non succedebãt inuicẽ ideo prætor, qui semper mouebatur equitate naturali, non cõsiderato rigore iuris ciuilis, introduxit bonor. posses. per quã succedebat filius emãcipatus patri, & cognati inuicẽ inspecta potius natura quã rigore iuris ciuilis, vt patet Inst. de bonor. posses. Præmitto etiã aliud, qđ de iure antiquo quicquid filius quærebat, quærebat patri, vt l. placet. de acquirẽ. here. & l. j. ſ. a pat. qs fu. ima. His præmissis venio ad casum in terminis, qui clarus est. In prima ptícula habes tria. Primo qđ filiofaim. debetur bonorũ possessio. Secũdo qđ ignorante patre potest peti. Tertio quod debet peti. Oppo. ad primũ qđ filio non defertur bonorũ possessio, qa pater eum in ordine precedit, vt Inst. de leg. agna. suc. ſ. j Huius timore facta est prima gl. huius. l. Aut tu intelligis de bono. posses. ab intestato, & intelligas qđ decessit alius coniunctus filio per lineã materniã, vt mater vel alius, & sic pater in gradu filium nõ precedit. Si vis intelligere de bonorũ possessione ex testamẽto, tũc potest intelligi in agnatis, & cognatis quomodo vis & vide gl. j. Alterius oppo. ad secundum ꝓ qđ non potest peti patre ignorãte, immo debeat precedere iussus, vt l. si quis mihi bona. ſ. iussu. de acquir. here. Solu gl. illud contrariũ in fin. vit. gl. multũ solenniter, & multũ notabiliter. Nam debes scire quod hereditatis aditio est de iure ciuili, ideo in ea multũ attenditur potestas, que similiter est de iure ciuili, vt l. nãq ciuiũ. ff. đ his qui sunt sui vel alie iur. & Inst. de patr. pot. ſ. primo. ideo ibi iussus patris debet precedere. Sed bonorũ possessio est de iure prætorio naturali equitate inducta, ideo patria potestas ibi nõ attẽditur, hec est solutio vera, & vide gl. vit. in fi. que hoc notabiliter dicit. Contra hoc opp. restitutio, que fit per Trebel. est de iure ciuili, & tamẽ in ea nõ debet precedere iussus, vt l. seruo inuito. in pric. ff. ad Trebell. Respõd. hereditatis aditio est actus magis solẽnis quã restitutio fideicõ. qa per hereditatis aditionẽ acquiritur iura directa, p restitutionẽ iura vtilia, vt ff. ad Treb. l. j. ideo non requiritur tanta solẽnitas. Contra opp. qđ etiã in hereditate non requiratur iussus patris, vt l. cũ nõ solũ. ſ. j. j. de bo. que lib. Sol. Fateor qđ hodie est immutatũ. Nam filius potest bo. poss. ignorante, vide[a] hodie nõ requiritur qđ iussus precedat, quod intelligere verum in hereditate aduentitia, sed in profectitia remanent iura antiqua immutata, vt precedat iussus. vt not. in l. fi. in prin. Aliquis or. in bo. pos. ser. Assumatis ergo tria verba pro declaratione presentis materie, aut loquimur in hereditatis aditiõe, aut in bon. pos. aut in Trebellianica restitutio. Primo casu & iure antiquo nõ poterit filius adire, nisi precedat iussus, vt l. si qs mihi bona. ſ. iussu. de acq. here. De iure nouo si quidẽ loquimur i hereditate profectitia, vt puta si filius esset instit. vtutus contẽplatione patris, nihil est immutatũ, vt not. in d. l. fi. i prin. ff. qs or. in bono. inuito, & ignorãte agnoscere, qđ patre inuito probatur in d. l. cũ nõ solũ. ſ. j. de bonis que lib. qđ patre ignorante probatur per rationes positas in hac glos. super, verbo, ratam. In hoc tamen est differẽtia, qa quando patre inuito filius queritur plene, quã o patre ignorãte, tunc patri postea ratũ habenti queritur vsusfructus arg. huius l. Ita tenet hic gl. que loquitur notabiliter, quã vide predicta vera in filiofamil. maiore, ita qđ habeat legitimam personam. sed si esset filius famil. minor, quid iuris sit, dic vt d. l. cũ nõ solũ. ſ. j. j. de bõis que lib. & l. si infanti. j. de iure delib. † Si vero loquimur in bonorũ possessione, tunc de iure antiquo poterat peti patre ignorãte, vt hic, tamẽ non habet effectum nisi ratihabitio sequeretur, vt d. l. fi. in prin. qs ord. in bono. possessio, sed hodie omnẽ habebit effectũ, etiã ratihabitione non secuta, quia patre recusante, & etiã inuito filius posset agnoscere, vt d. l. cum non solum. ſ. sinautẽ. Si vero queramus in Trebel. restitutiõe, dicas idẽ qđ dixi in bonorum possessio. Venio ad tertium dicitur hic qđ bonorũ possessio debet peti. Contra immo sufficit coram iudice agnosci, vt infra eod. l. fi. Sol. † Fateor quod ista l. in hoc hodie corrigitur, qa sufficit sola agnitio coram iudice absq; petitione, vel iudicis decreto. Item contra hoc oppo. qa etiam de iure antiquo ista impetratio est sublata, vt l. j. & ij. ſ. de fozmu. Sol. & modo aduertas. qa modo declaro tibi gloss. rubrice. debes scire qđ tria sunt. † Primũ est bonorũ possessio, que est facti, & ista nobis acquiritur per corporalẽ apprehensionẽ, vt l. tertia in princ. ff. de acqui. posses. Et secundũ, scilicet bonorũ possessio, que est ius, de quo loquitur hic titulus & sequẽtes, & est ista bonorum possessio ius prosequendi retinendiq; patrimonij hui⁹ rei, qđ cuiusque fuerit, cũ is moritur, & ita dicit gl. hoc ꝓbatur in l. in bonorum. ff. eod. Et est tertiũ scilicet bonorum possessoria hereditatis petitio, de qua loquitur titulus de poss. here. peti, & ista diffẽtitur sicut alie actiones, qa actio est ius prosequendi, vt dicitur Inst. de actio. in prin. & differt ista bonorũ possessoria hereditatis petitione a bon. possessione, qa ista est ius ꝓpter qđ prosequimur hereditatẽ. Ita dicit gl. tua, & bene. Videre gl. rubrice, vt intelligas. Præmitto aliud ex plum. Dominiũ est ius propter qđ datur nobis rei vendicatio, rei vẽdicatio autem est ius, quo vẽdicamus ita & bono. possessoria hereditatis petitio, est ius, quo petim⁹ hereditatẽ seu bono. poss. defuncti. Et est aliud iudiciũ petitorium, vt dicit gl. de quo nõ curo, qa nõ est nostra materia. Et venio ad secundã partem, & in hac ij. parte dicuntur duo. Primo q̃ quæritur emolumentũ principaliter etiã patri. & ex hoc q̃ dicit etiam, inuit qđ tam patri quã filio. Itẽ dicitur hic q̃ pater potest petitionẽ hereditatis ratã habere. Opp. † ad quodlibet, de iure isto qcquid filius querebat, quærebat patri, vt l. j. in prin. si quis a patre. fuerit ima. & de acq. her. l. placet. Sed hic inuit quod aliqđ cõmodum remanebit, filio, ergo male. Quidã faciũt contrarium, & ideo dicunt quod hec dictio etiã, nõ ponitur hic implicatiue q̃ filio quereretur. Rich. mal. vt hic, refert Ly. & contrarium, quod de iure antiquo in bõis maternis filio querebatur proprietas, & patri vsusfructus, vt l. filius. ff. de inoff. test. Domin⁹ Ly. hic hoc reprehendit, qa hoc fuit inductus per iura noua. j. de bo. ma. l. j. & per totũ. Aduertite dominũ, parcat mihi do. Rich. & Ly. qui eum hic recitauit, Ista fuit opi. antiqua reprobata per gl. nostrã i. l. quibus herces. ſ. fi. ff. de acq. her. & alle. l. filiusfa. ff. co. ti. Ego allego vobis aliam l. ſ. si filius meus. ff. si quis omis. cau. test. nõ obst. l. filiꝰ. ff. de inoff. test. quia, fateor † quod querela comperat filio, sicut actio iniuriarũ, vt l. nihil usfamilias, & actio in factũ. l. i factũ actio. ff. đ acc. & obl. sed emolumentum querele, & illarum actionũ querebat patri in totũ secũdus tempora antiqua hodie quo ad vsumfructum vnde prima sol. est verior. Ulterius oppo. ad secundũ dicitur hic quod pater pot habere ratũ. Contra. † quod meo nomine nõ est gestũ, ratũ habere non possus, vt l. si pupilli. ſ. sed si ego. ff. de negot. gest. Sol. Nõ possum habere ratum tanquam gestũ nomine meo sed tanquã gestũ a filio, sicut dixi tibi ſ. de fur. l. j. & per Dy. in c. ratum de reg. iur. lib. vj. Item oppo. dicitur hic q̃ pater potest habere ratum, & gl. intelligit etiam tacite per cursus longi temporis. Vide hic gl. super ver. ratum. dum alleg. l. si filius de pecu. her. & l. qui in aliena. ſ. j. de acq. her. Contra hoc opp. ratihabitio dꝫ fieri intra id tempus, quo res potest geri, vt l. bonorũ. ff. rem rat. hab. est expressum in terminis legis nostre, vt l. fi. i prin. ff. quis ord. in bon. pos. ser. Huius timore † quidã, vt Jac. & Bal. reprehendunt istam glo. vel limitant eam, scilicet, q̃ ista ratihabitio sequẽ intra tempus legitimũ, scilicet, intra annũ vel centũ dies. Doct. intelligunt eam valde notabiliter. Nã longũ tempus, de quo fit mẽtio in legibus all. in gl. non inducitur ad inducendũ ratihabitionẽ, sed ad præsumendũ voluntatẽ ab initio intercessisse, vt in d. l. plus mitur. ergo ab initio patris volũtas affuisse, nõ hodie, hoc cit. l. fi. decennij inducitur ratihabitio, q̃ est notandum, & bene no. & tenement perpetuo. Vel dic sim do Jac. Bur. quod ratihabitio debet fieri a tẽpore, quo res debet fieri qũ fit ad cõfirmandum actũ qui factus est. Sꝫ in proposito actus iste ab initio fuit validus, ratihabitio patris solũ ad hoc tendit, vt sibi patri queraf, nõ vt actus validetur, & sic pot geri quocunq; tẽpore, q̃ intellige verũ sm iura hodierna, sed sm iura antiqua utud dictũ non procedeb

ret,vt d.l.fi.in prin.quis ot,in bo.poss.ser. Venio ad tertiã partẽ, dicitur hic amittitur trãsacto tẽpore. Contra, vt l.fi.in prin.quis ot,in bon.ser. Dicit gl.qꝺ hec lex debet intelligi secundum illam, qꝺ amittitur trãsacto tẽpore, in quo filius sciuit z potuit patrẽ certiorare,vt l.cõtraria, qꝺ est verum secundum iura antiqua,z
h etiam secundũ noua in profectitijs,in quibus nihil est immutatũ. In aduentitijs vero hodie patris scientia vel certioratio non requiritur,qz potest filius petere absqꝫ patris cõsensu, Ita dicit gl.vlti.huius l. quã vide. Cõtra hoc opp.bono.possessio debet peti vel agnosci in iudicio, z filius nõ habet legitimã personã standi in iudicio sine cõsensu patris,vt l.cũ non solũ.§. necessitate.de bono.que libe.ergo apparet qꝺ patre ignorante non potest peti etiã hodie. ¶Huius timore est facta etiã secunda glo. huius l.z eodẽ modo potest opponi de l.j.in fi.de anna.exceptio. qz impedito agere non currit prescriptio,sed filius nõ potest petere patre
x ignorante,ergo,&c. ¶Ponit gl.multas solu. Ista est vera,z multũ
i menti tenenda,z qz §.necessitate.habet locum in his, que fiunt in iudicio in forma iudicij. sed bonor. possess. non petitur vel agnoscitur in iudicio in forma iudicij,vt l.seruus.ff. eod.ergo consensus patris nõ requiritur. Vide istã gl.z teneas ea menti, z nõ intelligas gl. qꝺ quandocunqꝫ indistincte indicis officiũ intentatur,filius poterit agere sine consensu patris,qꝺ videtur innuere. Sed intelligo hoc verũ,quãdo non in forma iudicij implorat officium iudicis,vt d.l.seruus.ff.eod. Ita debetis intelligere hanc materiam. Oppo.factum filij non debet nocere patri,vt l.filꝰ.§. de pact. Solu. Ibi loquimur in questis, hic in querendis. ¶Alterius opp.de l.j.§.decretalis. ff. ꝺ suc.edic. Sol. Hic loquitur in bonorũ possessione edictali,que potest perdi,ibi in decretali, que non potest perdi tempore vel repudiatione. ¶Sumus expediti de gl.Extra gl.opp. Bene vel de l.j.ff.de bono.possess.infan.z fu. de Solu. Sciẽtia patris nõ nocet filio,vt l.cõtraria, scientia filij nocet patri,vt hic. Contra hoc opp.de l. seruus.in fi.vbi scientia patris attenditur. Solu. Scientia patris attenditur quantũ ad commodum filij,vt ibi not.nõ ad eius incommodum. Alterius opp.de l.is qui heres.§.fi.z l.seq.ff.de acq.here.vbi,repudiatio filij non nocet patri neque patris repudiatio nocet filio. Ad idem j.de bo.que libe.l.cum nõ solũ.§.j.z §.seq. vbi repudiatio filij nõ nocet patri,neqꝫ patris repudiatio nocet filio. Propter quas leges dicebat Jac.But.qꝺ ista lex hodie in hoc corrigitur. Doct. nostri dicunt contrarium,quia etiam de iure antiquo repudiato filij expressa non nocebat patri,vt d.l.is qui heres.§.fin.z tamen repudiatio tacita,que ex cursu temporis inducitur,bene nocet,vt hic,z d.l.fi.in princip.quis ordo in bono possessio.ser.Simile quod quedam possint fieri tacite,que non possunt fieri expresse. Habuistis in l.j.§.de ser.fug. z in l.longe. de diuer.z tempo. prescript.de ser.vrb.predi.l.sed si inter.z in qualibet earũ nota.

ADDITIONES.

a ¶Bonorum possessio. Adde quod per istam l.Jo.And.in addi. ad Spe.in tit.de pac.z transact.refert Pil. tenuisse quod quãdo erat appellatum a sententia,licet constabat appellationem nõ tenuisse,quia princeps appellationes prohibuerat tamen fuit trãsactum,postea princeps appellationem ratificauit,quod non valeat transactio,si princeps ignorauit transactionem alias secus.

b ¶Delatam. Adde qualiter accipiatur hoc verbum delata in l. delata.de verbor.significa.z in l.qui heres.de acqui.here.per bar. in l.is qui putat.in le.noua.eod.tit.

c Notabiliter. Adde quod Ang.z Ro.dicunt vt refert Ale.qꝺ hec l.est sing.z venit limitanda secundum Bal. hic, nisi compareat z admittat aliquis contradictor,quia tunc procedit in forma iudicij quod requirit personas tres actorem, iudicem,z reum, ideo tunc est necessarius consensus patris. Et de hac gl.vltima Spe. z Jo.And.in tit.de actore,§.j.ver.sed quid si conueniat.

d P.PAV.P. ¶Ignorãte. Vide circa hoc Barb.in rub.huius tit. z Mod.hic,z que scripsi ad Barto.in simili in l.item si verberatum.ff.de rei vendi.

e AND.BARB. ¶Assumatis. Et vide Bar.in cõsi.cxxix. incip. qdã habuit vxor quãdo pater tenuit dotez vtrũ prescribat filie.

f ¶Bonorũ. Adde ad materiã ratihabitionis facte ex iterato allo. Fed.consi.cxxxviij.z ex dictis Bart.hic vide bonã limitationẽ ad l.bonorum.ff.rem ra.hab.z opin.Bar.hic tenent Cyn. Sali.licet Bal.videatur tenere contrarium hic. versi.sed quid si filius.

g ¶Sed in proposito. Adde tu ad hec dicta Bar.z vide Aret. in c.causam que.de iudi.Bald.in aut.hodie.j.de appel.z in c. vt circa de.elect.lib.vj.

h IOFR.RV. ¶In profectitijs. Adde dũ bar.cõcludit qꝺ in profectitijs nihil est immutatum,scilicet,qz non potest filius inuito,vel ignorãte patre efficaciter adire hereditatẽ profectitiã delatã filio contẽplatiõe patris.qꝺ idẽ tenent doct.cõmuniter hic, z in l.si qs mihi bona.§.iuniꝰ.ff.de acq.her.sed bar.sibi cõtrarius tenet cõtrariũ in l.fi.§.finalitꝫ modo.j.de bõn.que lib.vt not.Ro.Alex. in l.his qui heres.§.fi.ff.de acq.here. Imo,j.ꝺ.§.iuniꝰ. a qua sententia tranſietate conatur Jaſ.eũ saluare hic, qꝺ hic loquitur quãdo pater recusat prestat consensum filio volenti adire vbi vero quãꝺ pater repudiat hereditatem,an filius solus possit eã accepta-
i POMA. ¶Et multum menti tenenda. Vide Bar. consi.ix. ij. Vide etiã ad declarationem.ꝺ.§. necessitate. Rotam in rec. nouis.vj.in titu.de iudi.quam simpliciter sequitur Barb.in cet ex suscepto.de foro competenti

LEX II.

Si bonorum. Ad cognoscendam bonorum possessionem, rum possessionem, collatis fratribus statuuntur centum dies, descendentibus annus. h. ꝺ. cum l. emancipata. quas simul legatur ¶Opp.ad hanc l.de emancipata. Solu,ibi loquitur in ascendentibus,hic in transuersalibus,

LEX III.

Infantis. Bonorum possessio agnita infante transmittitur ad hedes.hoc dicit. Oppo. de l.j.§.furtosi.ff.de suc. edi. dam concedunt quod hic transmittitur hereditas, ad illos successores defuncti, non ad successores infantis. istud est contra casum l.ti.§.sed si infanti.ff.ad tertu. quia ad successores infantis. Ad contrarium respondeo quod quitur in furioso,hic in infante. Et que sit ratio diuersitatis vt in l.si infanti.j.de iure deliber.

LEX IIII.

a Emancipata. Ad hanc l.oppo.j.de bo. q ante apt.tab.l.j. ¶Dicunt quidã qꝺ illa lex nõ habet locũ in successione de iure prtorio,z hoc videtur velle gl.tua,qui vide,z not. Alij dicunt propter generalitatẽ illius legis qꝺ habet locũ in successiõe de iure ciuili,z de iure pretorio,z hoc cõmuniter omnes te-
b nent,z tũc ill a gl.debebit aliter intelligi,vt dicat licet de iure prtorio nõ sit inductũ vt bonorũ possessio. non transmittatur, tamen de iure ciuili inducitur,vt transmittatur hereditas z bonorum possessio ad suos,vt l.cõtraria. Et intelligas ista vt da alias quam in casu istius l. Nam hic loquitur in filia decedẽte post annum quo casu nec posset ipsa possessionem petere,merito non transmittit ad suos. Sed predicta procedũt filia decedente intra tempus agnoscendi bono.posses.quod not.

ADDITIONES.

a ¶L.j. Adde quod communis opi.est quod bo.possessionis ac-ta in hereditate ascendentiũ transmittatur ad liberos eꝰ cui lata erat bo.possessio,sicut transmittitur facultas adeundi re ciuili,per d.l.j.qz eadem est ratio vtroque casu ideo debet idem ius. Hanc tamen communem opi.limita secundũ Bal. pcedere in transmissione odiosa vt in bonorũ possessiõe cõtra quia talis bonorum possessio non debet dilatari,sed arctari publice interest testamentum confirmari. Alle.no.in l.galla lib.z post h.§.quid,si is.in gl.que incipit,aliter. Et cum Bal. fit Fulg.z Alex.cum quadam modificatione,de qua hic p-
b POMA. ¶Aliter intelligi vt dicat. Vide alex.consil.p j.z Soci.cliij.

LEX V.

Quandiu. Donec est locus successioni ex testamento non est locus successioni ab testato,nec tempora currunt.hoc dicit.

LEX VI.

Paris ignorantia. In lucris iuris ignorantia non prodest mulieri.hoc dicit. Intellige hanc l.si potuit consulere pa-
a ritiores,* vt dicit gl.

ADDITIO.

a ¶Peritiores. adde z intellige secundum Bald.Pau.z Fulg. solum si sint in loco remoto,sed etiam in loco vicino,quia quo moduꝫ vadunt ad nemus pro lignis,z ad indulgentias,&c. debent ire pro consiliꝭ.qz non est eis multum difficile, ut ci vicinitate per tex in l.iij.§.si tam vicinum.ff.de dãno in-Ro.alleg.tex.in l.diuus.ff.de tuto.z cura.da.ab his. z qua Bal.in l.continuus.§.item qui insulam,de verb. oblig. ant.de But.idem tenentez in c.ij.de constit.z idẽ tenuit in l.si suo.ff.de acq.her.vbi dicit hoc dictũ limitare,nisi ille bet consulere peritiores.lõge distaret a ciuitate vel propter

potuit. ℨ. alle. Et illa gl. alleg. bonũ ter. Sed hoc videntur velle allegare doct. dũ ponderant vicinitatẽ ꝛ facilitatem enndi. Et adverte q̃ Bald. in conclusione ꝛ ℣aul. de Last. in fi. vo. nit q̃ in his, que concernunt formã actus, vel rigorem iudiciorũ, non excusatur rusticus, vel alius propter iuris ignorantiã, vide si per errorem iuris similes persone fecerant testamentũ non seruata solemnitate, erit nullũ. alle. l. fi. ℨ. de testa. ℨdẽ si nõ faceret suas prorationes intra terminum a iudice vel itatuto prefixum. Et hoc etiam si esset in damno vitando. Tu adde etiã Rom. cõn. cexxv. P. P AV. P. ℂ Peritiores. Circa hoc quod teneatur quis consulere peritiores, alias non excusatur, limita singulariter non procedere in eo, qui facit actum coram iudice, ꝛ eo authorante. vide quescripsi ad Bart. in rub. C. de in. ꝛ fac. igno.

LEX VII.

1 ℣Bonorum possessio queritur pupillo, per tutorem.
2 Iudex quãdo supplet defectum tutoris, debet in actis dici, ideo iudex sciens, ꝛc.

℣Bonorum. Tutor potest agnoscere bonor. pos. pro pupillo, non pupillus sine tutore, nisi defectum tutoris iudex supplcat. h. d. ℂ Opp. de l. potuit. ℨ. de iur. deli. Dicit gl. quod hic debet intelligi secundum illam. vt possit tutor sine pupillo infante. Sed si est maior infante, requiritur eius voluntas, vt ibi.
1 Contrarium ✝tenet gl. in l. contraria. ꝛ l. impuberi. de tut. ꝛ cur. da. ab his. ꝛ illam tenet Dyn. ꝛ Cyn. ꝛ hic omnes eam tenent q̃ aliud in bonorum possessione, que indistincte potest queri per tutorem, aliud in hereditate, vt d. l. potuit. ℂ Ultimo ✝no. [a] hic ter.
a qui hic dicit sciens hoc competens iudex, ꝛc. ℨ Facit ℨ. de iur. deli. l. si infanti, in fin. quod dixi tibi plene in l. si curatorem. ℨ. de in integ. rest. Et sic mementote, quod cum iudex supplet defectum tutoris, dicat in actis, ideo dictus iudex sciens, ꝛc. vbi dixi.

ADDITIONES.

POMA. ℂ Ultimo not. Judicis presentia an sufficiat, seu an firmet contractum alias inualidum, vel rescindendũ, Barb. cõs. iij. vol. tangit q̃s presentia iudicis non informati nihil operatur. ℂ Sciens. Adde no. secundum ℣aul. de Last. quando sit actus coram superiore, qui de sui natura fieri non potest, sed superior potest dispensare, quod ipse debet expresse dicere quodillud facit ex certa scientia, non obstante tali defectu. alleg. l. seruus. ff. eo. An autem papa conferendo beneficium minori in presentia sua, ꝛ coram se, simpliciter videatur ipsum dispensare, vide Did. cõs. ccexxxix. cum tribus sequen. vbi pulchre examinat.

LEX VIII.

Quicunque. ℣Hec ll. legitur tribus mod. Secundum primum modũ dicit, Ignorantia facti impedit ne tẽpus bono. possessionis petende curiat. h. d. vel aliter. Nomobst. si bonor. possessio sit petita iudice nõ sedẽte, p tribunali, vel non seruata iuris solemnitate. h. d. Et sedm istã melius adaptatur lex sequens, pone casum secundũ vtranq; lec, ne habeam necesse his legere literam.

LEX IX.

Verborum. aBonorũ possessio nõ debet peti, sed sufficit coram iudice[b] agnosci. ꝛ tempus currit secundo statim, cum primus excluditur. h. d. Et iste ver. eo adito legitur duobus modis. ℣Posui tibi casum secundum lect. magis notabilem. Not. ✝ex isto casu, quod hodie sufficit bono. possessio agnosci coram iudice ideo non est hodie reperire possessionem decretalez, quia a iudice non decernitur, sed a patre agnoscitur. potest tamen dici bonorũ possessio iudicialis quia in iudicio agnoscitur. ℂ Ultimo not. versic. eo adito. ꝛ lectu. ipsius.

ADDITIONES.

a ℂ Et verborum. Adde tu. ꝛ vide glo. in l. fin. ℨ. de cur. fur. que intelligit istam habere locum in bono. possess. contra tab. quam glo. Bald. in l. ff. de iur. omn. iud. alleg. pro sing.
b P. P AV. P. ℂ Coram iudice. An autem sit necesse coram iudice hodie exprimere ex qua causa agnoscatur, vide ℣al. in l. quamdiu.

Quando non petentium partes petentibus accrescant. Rubr. X.

LEX. VNICA.

℣Bonorum possessio vnde liberi, quod habet locum in bonis maternis.
Bonorum possessio vnde legitimi, habet locum in successione matris.

3 Suus, licet non excludatur tempore, tñ excluditur repudiatione facta inter suos.

Quoties. Inter succedentes de iure pretorio, est locus iuri accrescẽdi. h. d. Glo. ℨ. laborat in positione casus. Tu pone casum secundum vltimã positionem, que verior est, ꝛ magis clara. Oportet vt recitẽ primam glossam, q̃ que multũ difficilis videtur iuuenibus, ꝛ doct. non declarant eam. Et oppo. Ablatiui absoluti resolumtur in cõditionem, vt l. a testatore. de condic. ꝛ demonstr. ꝛ de vsu l. eiectis. Sed hic dicitur, cessante legitima successione ergo resoluitur, si cessauerit legitima successio. Innuit ergo a cõtrario sensu, q̃ vbi est successio legitima, nõ est locus iuri accrescendi, q̃ est cõtra. l. ℨ. his ita, ℨ. de cadu. tollen. ꝛ ff. de suis ꝛ legit. l. si ex plurib⁹. ℣Huius timore gl. ponit hic casum quatuor mod. primo loquitur in pluribus liberis, qui venũt ad successionẽ matris, vel materne linee, ꝛ vide primã positionẽ casus in gl. quo casu vno expulso, vel exclusso ceteri admittũt, q̃ nõ esset, si esset locꝰ alteri successiõi legitime. Ratio, q̃ ipse repudiasset de iure pretorio, ꝛ posset ipsemet de iure ciuili succedere, ꝛ sic alij excluderẽtur, vt ff. de succed. edi. l. ℨ. ℨ domini videatis, illa lect. nõ est vera ꝓpter duo. ℣Primo, q̃ ipsemet nõ põt sibi succedere, quãdo est aliquis qui sit in primo gradu, a quo tẽpore ipse est exclusus. vnde donec est aliquis de liberis qui sit in primo gradu, a quo ipse est exclusus, nõ põt venire ipse per edictũ vnde legitimi, vt l. octaui. ff. vnde cog. Iusti. de here. q̃ ab inte. ℨ. admonẽdi. Et si tu dicas, ego intelligo hoc q̃ nõ supererat alius eiusdẽ gradus. Tu dices cõtra ter. qui dicit, pluribus liberis, ꝛc. ꝛ hoc vult dicere gl. ibi, ita tamẽ, si ceteri essent, ꝛc. Vide gl. ꝛ adde ibi, in remotionibus gradibus. q̃ in casu presentis legis, nõ põt dici. q̃ dicit, pluribus liberis, ꝛc. Et sic innuit plures esse in eodẽ gradu. Itẽ cõtra predictã lectio. opp. hec lex
1 loquitur de bonor. possessio. vnde liberi. ℨ ✝vnde liberi, nõ datur in bonis maternis, vt l. quoties. infra de suis ꝛ legiti. heredib. ergo. ꝛc. Respõd. dico q̃s hic nõ dicitur de bonorũ possessione, vnde liberi. sed de bonorũ possessione, que defert liberis. Unde intelligo hic de bõ. possess. vnde cognati. Et ab ista opinione bene de-
a fendit ista lectu. Itẽ oppo. cõtra istã lectio. nã ✝in successione matris est locus successioni legitime per Oficianum. ꝛ Tertullianum senatusconsul. ꝛ ita habet locum vnde legitimi, vt dicit gl. supra titul. ℨ. gl. ergo apparet, quod non cessat successio legitima, vt hic ter. requirit. Sol. hic, nolebat venire per vnde legitimi nec tanquam legitimus, sed per vnde cognati. Dicit glos. quam vide Secundum istam solutionem, hic cessat successio legitima, q̃ nec volunt. Sed si vellent succedere tanquaz legitimi, non esset locus iuri accrescendi. Ista sol. forte non est vera, quia ita renunciado successioni legitime, renunciaret successioni, q̃ ei defertur de iure pretorio. vt videbitis in l. puberem. ℨ. de iur. deli. ꝛ l. suum. ℨ. co. ti. ꝛ quod ibi vobis dicã, tamen defendendo istam lect. ab isto opp. dicamus, q̃ hic loquitur in successione linee materne, non in successione matris. Quia tamẽ ista lect. non bene defenditur a prima oppositione, ideo eam dimittamus, vt veniamus ad secunda lec. Secundo mõ legitur hec lex, in filijs emãcipatis, qui veniunt ad successionẽ per vnde liberi, in quibus nõ est locus successioni legitime. secundum ista tempora. Secus si essent sui, q̃ inter eos nõ est locus iuri accrescendi. ℣Assignat gl. duas rationes. ℣Prima, q̃ non potest excludi, cũ perpetuo duret aditio de iure ciuili. Item, q̃ iuniti accipiunt tanquã sui ꝛ vide gl. Ista lect. non est vera in
3 duobus. ℣Primo, ✝ q̃ licet filius suus non possit excludi tẽpore, põt tamen excludi postea repudiatione facta inter suos, ꝛ est locus iuri accrescendi. l. ℨ. si nemo. ff. ad senatusc̃. Tertu. Dicam in l. qui se patris, ℨ. vnde liberi. Et ideo omissa ista. lect. gl. legit tertio modo, quia erat sic hic de facto, q̃ legitima successio cessabat, idem si non cessaret, vide argu. a contrario sensu, q̃ ℨ. facit, non procedit. Hec lect. non placet, nam imperator non respondet adinterrogata, sed facit vnam regulã propria motu. Non est ergo hic dicendũ, sic erat hic de facto, quia imperator hic non interrogabatur super facto. Legitur ergo quarto modo vt dicam⁹ cessante legitima successiõe, hoc est, reiecta legitima successione. Ista est
4 vera, ꝛ secundũ hanc posui tibi casum, ex ✝quo habes, quod ius accrescendi inter eos, qui sunt in gradu primo, excludit eos, qui sunt in gradu seq. ꝛ non ✝patitur eos venire ad portionem deficientium. Venio ad glo. seq. ꝛ glo. hec intrat materiam iuris accrescendi, ꝛ facit quasdam questio. quod dic vt in ea. ꝛ vide eam. Et de hac materia facio vnam magnam repetitionem in l. re coniuncti. ff. de legat. iij.

ADDITIO.

a AND. BARB. ℂ Itẽ opp. Et vide Lu. Ro. i cõs. cxc. vbi all. gl.

sug. hic, quod ex narratione facti nō inducitur iuris dispositio, allegauit. Joan. And. in c. dilecto. de preben.

De bono. possess. secundum tab. Rubrica. XI.

LEX I

Pendente. Donec est dubiū de viribus testamēti, nō est locus successioni ab intestato. h. d. ¶ Not. qđ dixi i summario Ad l. nostrā opp. de l. cū falsum. aff. de acq. hered. Solu. Distinctio, que ponitur ibi, habet locū in additione hereditatis, q̄ cōsistit in solo animo adeuntis. Unde sufficit adeuntem esse certum, vtrum testamentum sit falsum vel non, hic loquitur in bonor. possess. que debet peti a iudice, z ab eo decerni. Unde est necesse, quod etiam iudex certificetur de viribus testamenti, z vide gl. z postea dicam tibi aliqua. Istud quod gl. dicit, procedebat de iure antiquo, secundum qđ iudex habebat necesse decernere bo. possess. Sed cum hodie sufficit sola agnitio sine iudicis decreto, vt l. fi. ſ. tit. j. puto esse idem in bono possess. quod in hereditatis additione.

ADDITIO.

a ¶ Falsum. Adde qđ Bal. hic ponit qualiter probet falsitas testamēti cū habeā, deponere super negatiua, remouēdo actum a sensu, non sensum ab actu, dicēdo ꝙ illa die z hora qua dicit testamentū fuisse factū in tali loco fuit factū, q̄ ibi fuerunt presentes z non potuisset fieri quin ipsi vidissent, z audiuissent. Et vide secundum Paul. de Cast. q̄ not. in c. iij. loco. de, pba. z bar. in l. j. de itin. actuq̄ prima. z secūdū Alex. gl. in Aut. de here. z fal. ſ. si vero ab sint. i ver. vidisse. z ibi not. Ang. z p bar. cōsi. inci. clarissi. do.

LEX II.

1 ☞ Quot testes requirantur ad probandum testamentum.

Bonorum Ex testamento in scriptis petitur bono. possessio secūm tabul. Ex nuncupatiuo petitur vtilis, vel bonō. pos. secūm nuncupationem. h. d. Opp. z videtur qđ signa tantum nō sufficiat. immo requirat subscriptio. vt Insti. de test. or. ſ. j. Sol. glo. fateor contrarium, z hoc est quod hec. l. suppletur per illam.

1 ¶ Querit gl. circa hanc l. †quot requiruntur testes ad probandum testamentū. Sol. dicunt Mdar. z Bu. duos testes sufficere per regulā. que est in l. vbi numerus. ff. de test. z est arg. l. fi. j. de fideic. z inſti. de fideic. here. ſ. fi. Nec obstāt leges, que dicunt qđ septē testes requirātur ad testamentū. Nam debes scire secūdum predictos doct. qđ quandoq̄ est cōtentio de volūtate. scilicet, an testator sic voluerit, z hoc debet probari per septē testes. Aut est contentio de solēnitate. hoc est, an septē testes fuerunt, z tunc per duos potest probari. Ita dicūt ipsi. Bl. videtur reprobare istaz opin. nam dicit gl. nō pōt esse contentio de solēnitate, quin sit de voluntate, cū non posset dicere testis qđ septem testes fuerunt in tali testamento, nisi etiam dicat de testamento, z tenore huius testa. Certe dicit gl. hoc videtur impossibile qđ possit esse questio ō solemnitate, quin sit de volūtate. Predicti doct. respōdent ad hoc qđ hoc potest esse isto modo, qđ legatarius petit legatū, vel heres hereditatē ex testamēto, aduersarius confitetur testatorem sic voluisse, negat tamē solenniter, voluisse, vel solennitatem. z sic erit contentio de solennitate, non de voluntate, quia confessata. Bl. istam responsionem reprobat, q̄ licet heres confiteatur sic testatorem dixisse, non tamen confitetur quod hoc dixerit animo testandi, vnde hoc nō potest probari, nisi per septem testes. Ista responsio non placet, quia ex eo quod heredem instituit, presumitur quod habuerit animum testandi, vt ſ. de test. l. non codicilli. Item quibuscunq̄ verbis legauerit, constat quod habuerit animum legandi. vt l. omne verbum. C. commu. de le. ¶ Unde constat quod ista reprobatio quam gl. facit, non est necessaria. Unū tamen facit magis contra. Potest esse quod de alia voluntate cōfitetur heres, de alia dicit testis. Licet enim heres confiteatur testatorē dixisse sic, z duo testes dicant hoc dictū fuisse coram septē testibus, forte hoc fuit alia vice, z nō fuit de illo, de quo tūc heres confitetur, z ideo ad hoc, vt ista probatio cōcluderet, esset necesse qđ esset tanta coarctatio loci z tēporis, qđ dictum testis, z confessio partis, de necessitate cōcluderet de eodem. vel fieret particulus hoc modo, ponatur. qđ talis vnum tantum fecit testamentū. Item cum tale testamentum fecit, septem testes interfuerūt, tūc de necessitate cōcluditur de eodē, vt extra de fide instru. c. cū Jo. Et si hoc modo probaretur, credo qđ haberet plenum effectum testamēti, alias si per duos testes tantum probaretur ipsuz fecisse testamentū. z de volūtate nō cōstaret, z de eius tenore, tūc eius probatio nihil relueret, nisi q̄ impediret bonorū possessionem ab intest. eo quod facit dubium an testamentū sit falsuz vel non, z pendente isto dubio non potest dari bono. possessio. vt ſ. l. proxi. Et ita debet intelligi gl. hic posita, quam vide bene, z hoc nota quod perpetuo non obliuiscaris.

De bono. possess. contratab. quam prætor liberis pollicetur. Rubrica. XII.

a ¶ Super rubr. querit gl. que est ratio qđ in ff. tit. de bono. possess. contratab. precedit, z in C. tit. de bon. possess. secundum tabu. Bl. respondet, imperator est nobilis, vnde considerauit dignorem, ideo premisit de bon. possess. secundum tab. que dignior est. Jurisconsulti sunt scientifici, vnde considerauerunt ordinem scientie, quia non potest peruenire ad secundum tabu, donec est locus contratabu. etc. dic vt in gloss.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Contrata. An z quando bono possess. contratab. ducatur ad causam intestati, vide Lep. cau. clxxxiij.

LEX I.

Iberi. Rupto testamento per contratab. quibusdam coniunctis personis relictum legata debētur. h. d. ¶ Opp. de l. j. z l. iij. prest. z l. virilis. ſ. fi. eo. tit. Sol. Hec suppletur illas, q̄ legata debentur liberis a parentibus quibusdam alijs. Item opp. de li. prete. aut. et Sol. Dicit gl. z not. hodie indistincte debentur legata omnibus rupto testamento ex causa preteritionis. Vide istā gl. z not. hic

1 glo. †que tenet quod aut. ex causa, habeat locum in preteritione paterna. Item quod habeat locum in preteritione filij emancipati, de qua loquitur hic titulus, quod qualiter procedat dicam tibi. Item opp. ſ. de fideicom. l. quidam. Dicit glo. fol. vt ibi. Vide.

2 Breuiter. †Quedam sunt legata, que non sunt relicta ab ipso filio preterito, z ista indistincte nō debentur, vt in contrario. Quedam sunt relicta ab instituto, z hec debentur perfecte de leg. prestan. z ita loquitur hic. ¶ Oppo. z videtur quod omnibus debeantur legata, vt l. si duo. de leg. prestan. Domini, intrare istam materiam esset valde longum, dic plene vt dixi in l. filium. ſ. j. de leg. prest. l. is qui in potestate. ſ. sed si scriptus.

LEX II.

1 ☞ Bonorum possess. contratabu. datur ei, qui non est institutus neque exheredatus.

3 Bonorum possess. secundum tabul. non cōcurrit cum bon. possess. contratab. z nu. 7. vbi quando.

4 Institutus habet bonorum possessio. contratabul. beneficio preteritionis.

a **Posthumo.** Posthumus preteritus dicere testamentū nullum. Pure per contrata. h. d. hec est difficilis ler. z notabilis. ¶ Ho. quod bon. possess. contratab. datur ei, qui

1 b est institutus, neq̄ exheredatus. Si enim est institutus, nō datur bonorum quod non haberet contratab. Item si esset exheredatus liter non haberet, sed veniret per querelā, vt ff. eo. l. non pu

2 prin. Secundo †no. ꝙ ille, qui potest dicere nullum potest

3 per contratab. † Tertio no. ꝙ bon. possess. secundum tab. non

4 currit cum contratab. bono. possess. † Ad ista opp. per ordinē detur ꝙ institutus habet cōtratab. vt l. si post. ſ. fi. ff. eo. Sol. teor ꝙ habet contratab. beneficio alterius preteriti, non beneficio sui. Ita debetis intelligere hoc. Secundo opp. z videtur qđ redatus habeat contratab. vt l. non putauit. ſ. non quem. ff. eo

5 Solu. Ibi loquitur in exheredatione non rite facta. Item opp. videtur qđ preteritus non habeat contratab. non videtur re. l. illud. ſ. ad testamenta. ff. eo. Solu. Ibi loquitur in preteri

c matris. eque habetur pro exheredatione, dimerito nō habet

d tab. hic vero loquitur in preteritione paterna. Habes expr istū passum, venio ad secundum. Hic dicitur quod testamentum est nullum, z poterit rumpi per contrab. Cōtra. quod non rumpi non potest, vt l. nam z si sub conditione, ver. post de ff. de iniu. testa. Sol. Dicit, ꝙ testamentum illud est nullum ciuili, sed de equitate pretoria est aliquod, merito eo iure

6 scindi. Ita dicit glo. quam vide. Innuit ergo ista glo. quo mētum, in quo filius est preteritus, interim est aliquod donec dicatur nullum. ¶ Item dicitur notari inſ. terito. ff. de iniusto rupto testamento. z ff. de testa. l. j. z

e vobis in l. j. Doct. nostri moderni dicunt quod hoc est sum. l. j. in ſ. ff. ſi tabule testa. nulle extab. q̄ testamentū est nul

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

omni iure, nisi approbetur per filium, qz tunc erit aliquod de iure pretorio. vt dicta l. filio. de inju. testamento. ¶ Qualiter ergo respondebimus ad contraria? Dicit Jacobus de Rauen. qõ per bonorum possessio, contratabu. rũpitur illa spes que erat, qz testamentũ poterit confirmari per filium. Ita est quedam truffa, nam spes nõ potest rumpi, nec potest tolli, nec habet effectũ, donec illa spes deducatur ad effectũ. vel ad actũ, vt l. si sub cõditione. ff. de solu. de nona. l. quoties. Quid ergo dicem? Breuiter dico, q filius preteritus petẽdo contratab. approbat testamẽtum tanquam factũ. non vt rite factũ. merito qz de iure pretorio subsistit, de iure pretorio rumpitur. Simile videbitis in co, q ti: appellat a sententia lata cõtra falsum procuratorẽ, vt l. ij. ff. fallis. ibi rem rat. hab. z habuisti is not. ff. de procurat. licet. Facit qõ not. in l. Pomponius scribit. ff. de nego. gest. z ideo si filius ante dixisset testamentum nullũ, vel petendo cõtratabul. protestaretur qõ hoc non fecit animo approbandi testamentum, dico qõ bonor. possessio contratab. non procederet per rationem factam, qz qõ nullus 7 est, rumpi non potest. ¶ Venio ad secundum. Dicitur hic qõ contra tabulas. z secundum tabul. non concurrunt. Contra. ff. de lega. prestand. l. is qui in potestate. §. sed si scriptus. Solu. glo. z bene, ibi non dicitur qõ petatur secundum tabu. sed qõ aditur hereditas de iure ciuili. Unde aditio hereditatis z bonor. possessio contratabul. bene concurrunt. Cõtra hoc oppo. de l. sed cum patrono. ff. de bono. possess. Solu. Dicunt quidã eodem modo, qõ ibi aditur de iure ciuili. Uel verius dicit glo. aliud in bon. possess. que datur patrono, qz illa concurrit cum secundum tabu. aliud in ea, que datur liberis, vt hic. Et est ratio in præpta, licet gl. nõ ponat. nam bonor. possess. contratabu. que datur patrono, non rumpit testamentũ in totũ, sed aufert legitimã solã de. 4 az patrono, vt j. titu. j. l. j. qz ibi not. merito bene cõcurrit cũ bonor. possessione secundum tabu. sed bono. possess. contratabu. que datur liberis, rumpit testamentum pro toto, vnde non potest concurrere cum bo. possess. secundum tabu. Contra hoc oppo. de l. si duo. ff. de lega. prestan. vbi etiam ea, que competit liberis, cõcurrit cũ bon. possess. secundum tabul. Dicunt quidam, quod ibi sunt adita hereditas de iure ciuili. Istud non videtur verũ, nam cũ ibi filius suus esset preteritus, licet approbauerit testamentũ, hereditas nõ potest adiri de iure ciuili, sed de equitate pretorio, vt d. l. fil. o preterite. ff. de inoffi. test. dicã j. vnde legitimã. l. fi. ¶ Dicendum est ergo, qõ vbi filius institutus. z preteritus sunt in eodem gradu, ponunt concurrere contratabu. z secundũ tab. qz per contratabu. non aufertur totum, z sic eadem ratio, que in bo. possess. cõtra tabu. que datur patrono. Ex pdictis ergo distingue per teipsum. Aut queritur verum bo. pos. contratab. concurrat cum aditione de iure ciuili. aut cum bo. pos. secundum tabu. z hoc secũdo casu, aut queritur de bono. possess. que datur patrono, aut de ea que datur liberis. Sed si queris de ea, que datur liberis, tunc aut eiusdem gradus, aut diuersi, vt habes ex predictis.

ADDITIONES.

a POSTHVMO. ¶ Pro concord. Aduer. si condito testamento pater decedit, z vnũ filiũ in potestate preterit, z aliũ emancipatum instituit, dicit Bar. quod iste emancipatus potest adire hereditatem ex testamento de iure ciui, in l. si duo. §. proinde. ff. de lega. prestan. Contrarius alleg. ibi hac l. posthumo. vbi d. Alex. in gl. n. 2 vbi qõ Bar. neutro istorum iurium loquitur in isto casu, de emancipato, immo potius aliter, qz expresse dicit quando sunt in eodem gradu, sed de iure antiquo non erant suus, z emancipatus in eodem gradu. Et ita potuit loqui bar. in sol. contra in hac l. posthumo. z hoc sensit etiam in d. l. si duo §. proinde. dum dicit, qõ fuit institutus vnus de venientibus ab intest. in d. §. proinde. ergo non emancipatus, qui erat incognitus de iure ciuili §. emancipati. de exher. li. z in §. emancipati. inst. de her. que ab intest. defe. sed suus occupat primum locum suitatis.

b ¶ Not. quod bono. possess. Ad declarationem vide Bal. in l. si pater. in noua oppositione. j. de inoffi. z sub tit. sub condi. fa. quam refert. z sequitur do. Jason. l. emancipato. §. que admit.

c ¶ Maris. Adde Ang. in l. j. §. de car. edict. z Ro. hic z Alex.

d ROMA. ¶ Pro exheredatione. Videretur ergo a cessante ratione, gl. z Bar. quod hodie debetur, contra testamentũ matris contratab. cum preteritio matris sine causa non habeatur pro exheredatione, iuxta gl. in §. exheredatos. in aut. de her. z fal. z istam opin. multi tenent. Alex. vero hic, contra fundamenta de quibus hic per eum. Cui addo quod in §. ad testamenta. assignatur alia ratio, que etiam militat hodie quod matres suos non habent heredes. sed pretor pollicetur bono. possess. contratab. z vnus liberi filius, qui fiat loco suorum, in turibus vulgaribus igitur, &c. cum contra testamentum datur contratab. licet Alex. velit. z vide Alex. in l. in suis. ad fin. ff. de lib. z posthum.

e Mort. nostri. Adde tu quod gl. saluari potest, quãdo in testamento instituit venientes ab intesta. qz tunc non est testamẽtum nullum ratione preteritionis, vt dicit Bar. in l. si duob. §. si pri⁹. ff. de contratab. De cuius veritate vide Jmol. in l. si filius qui in potestate. ff. de lib. z posthum.

De bono poss. contra tab. liberti, quæ patronis. liberisque eorum datur. Rub. XIII.

LEX I.

Licet ex causa. Patronus pret. ri tus per cõtratabu. 1 aufert scripto legitimam sus. h. d. ¶ † Hot. quod licet quis manumiserit ex causa fideicommissi, ni 2 hilominus habet contratab. Secõ no. † quod per bono. possess. cõtratab. patronus aufert legitimam 3 tantum. Tertio not. † qõ cõtra testamentum nuncupatiuum datur bono. possess. contra nuncupationem. sicut ecõtra datur bono. possess. secundũ nuncupationẽ. vt §. tit. §. l. §. Querit gl. in qb. casibus patronus excludatur ab ista bono. possess. dic vt in glo.

LEX II.

Patronus Qui recipit mercedem pro operis perdit contratabu. hoc dicit.

Vnde liberi Rubrica XIIII.

¶ Gloss. continuat. dictum est §. de bono. possess. que sunt contra tab. sequitur videre de bonor. possess. ab intesta. verum quia ista est prior, ideo de ea premittit Imperator.

LEX I.

Jaus. Filij emancipati succedunt equaliter patri per vnde liberi. h. d. Opp. Institu. de bono. pos. §. quod autem, vbi dicit quod pretor heredes facere non potest. Solu. qõ hic dicitur heredes extitisse, intelligas beneficio pretoris secundum bono. possess. qui vices heredum sustinent.

LEX II.

Ex testamento. Donec est locꝰ successionis ab intest. Item donec est locus successioni descendentium, nullus alius potest succedere. hoc dicit.

LEX III.

1 ¶ Repudians hereditatem patris, non potest habere hereditatem, aut, nisi de iure pretorio.
7 Successorium edictuz de iure ciuili. non habet locum inter suos.
10 Hereditas patris⁹ non agnita, transmittitur ad quemcunque.
12 Pater succedit filio per vtilem vnde liberi, seu vnde parentes.

a Qui se patris. a Rogo qõ aduertatis ad istã l. quia lex ista est ita difficilis sicut alia. q sit in toto C. z habet gl. valde difficilem, tamẽ reddam vobis eam satis clarã, si attenditis Bzem. et dicit. Qui repudiat hereditatẽ patris. non potest habere hereditatez aut, nisi de iure pretorio. h. d. Duo habes in hac l. principaliter notare. ¶ Unum quod dicit expressim, aliud qõ innuit a cõtrario sensu. ¶ † Primo. quod ille q repudiat hereditatez patris. non potest habere hereditatez aut, nisi de iure pretorio. ¶ Secundo ex eo quod dicit, qui se patris negat heredem, innuit quod si vellet esse patris heres, posset habere hereditatẽ aut. Ad 2 ista duo vadunt omnes opiniones, que hic fiunt. Not. etiam. † hec lex habet locum tam in filio emancipato, quaz in filio in potestate, q apparet ex eo quod litera dicit maxime emancipatus, z sic innuit idem in suo. hoc premisso venio ad gl. que multum difficilis. z intricata est, ideo more canonistarũ diuido vobis eã. Ista gl. diuiditur in duas partes principales. ¶ Hã primo ponit glo. Jo. ¶ Secũdo ponitur gl. Bug. Secũda ibi, Itẽ ideo dicit maxime, alia ratione. item prima pars subdiuiditur. quia primo format vnam opp. Secũdo examinat lectu. huius l. Tertio opp. ad illud quod hec lex dicit expresse. Quarto opp. ad illud quod hec l. dicit a contrario sensu. Secunda ibi, si ergo ponas. Tertia ibi, nisi in duobus. Quarta ibi sed in eo quod dicit, negat. Examinemus ergo primo primam particulam istius prime partis. Et primo † quero quibus casibus potest habere locum hec lex. Pro cuius euidentia habetis ponere quatuor combinationes. Quandoque pater z filius erant emancipati, quandoque pater in potestate, z filius emancipatus, quandoque econtra, quandoque

vterq; in potestate. ¶Primo casu, quādo vterque est emancipatus, nec dubio procedit ista lex, q; nullus eorū potest succedere auo, nisi per bon. pos. de iure pretorio. ¶Secō casu quādo pater est in potestate, isto casu etiā sine dubio procedit ista l. q; iste filius emancipatus, qui quo ad auū est nepos, nō posset auo succedere, nisi de iure pretorio. ¶Tertio casu, quando filius est in potestate, z pater emancipatus, sine dubio ista l. nō procederet, cum iste filius, qui est nepos quo ad auū, sit in potestate, z sic suus, succederet de iure ciuili, vt Iusti. de her. qual, z diffe. §. sui. ¶Quarto casu, quādo vterq; est in potestate, tunc procedit ista l. q; iste filius, qui quo ad auū est nepos, nō potest admitti vt suus q; cum procedit pater, vt Institu. de heredū qua. z diffe. §. sui. Et ista ratio redditur in gl. Item alia ratione non pōt admitti vt agnatus, q; nō erat proximior tēpore mortis, vt Iusti. de here. ab intesta. §. ita demū q; pater cum precedebat tēpore mortis. Item nō pōt admitti per successionem edictū, †q; nō habet locum secundū ista tempora i agnatis, vt Iusti. de leg. agn. succes. §. placebat. Et iste due rationes addūtur in gl. Hug. vbi etiā repetitur non perfecte per Jo. s. q; pater tūc procedebat tēpore mortis, vide gl. Nunc habemus examinatas istas lec. ¶Cōtra istā lec. opt; q; non requiratur q; quis sit proximior tēpore quo defertur hereditas, vt ff. de cōdi. iſti. l. fi. ff. eo l. scripto. de suis z legi. l. j. §. sciēdū. Solu. Dicit gl. fallicia casibus illarū legū. Ita dicit glo. z vide gl. per ozdinē. Tu dic clarius. Quādoq; aliquis decedit nullo cōdito testamento, z tūc requiritur q; succedēs esset proximior tēpore mortis, vt d. §. ita demū. Iusti. de here. ab intes. Quādoq; decedit cōdito testamēto, z tunc sufficit q; quis sit proximior eo tēpore, quo testamentū destituitur, vt l. fi. ff. de condi. insti. Sz contra hoc oppo. ff. de suis z legi. l. ij. §. pen. Sol. gl. ibi itelligo testamētū fuisse condituū. Opp. de l. ītē pretor. §. j. eo. ti. Sol. ille, q; non erat proximior tē
b pore mortis, [b] non pōt succedere vt agnatus. Verū est, si primiori hereditas fuerit delata, secus si hereditas delata nō esset, quia tunc ille admitteretur, qui reperitur proximior tūc, cū defertur hereditas. Exēplū, deceſſit aliq; relicto ventre vxoris, z matre ipsius defuncti, z alio agnato vlteriori, decedit mater anteq; partꝰ ille nascatur, vel deficiat posthumus. Certe ille qui tūc reperitur proximior succedit, vt in l. cōtraria, q; matri, que erat proximior, nunq; fuit delata hereditas, propter ventrē qui sperabatur, nō vētri pōt dici delata, q; nō fuit in rerū natura, sed lex nostra z §. ita demū. loquitur q; primiori agnato defertur hereditas, tunc enim nō pōt. succedere ille, q; est in vltimo gradu. Ita debetis intelligere materiā istā. Opp. †q; hodie successionē edictū habet locū inter agnatos. Unde excluso primo admittit sequēs, vt insti. de leg. agna. suc. §. placebat. Et sic i casu legis nostre prout loquimur, q; vterq; fuit in potestate, si filius nō succedit patri suo, nepos poterit eodē modo suo auo succedere de iure ciuili. Jac. fatetur opp. z dicit hodie esse correctā hāc l. q; dictū §. placebat. Idē etiā dicitur in gl. Hug. ibi, sz hodie, ꝛc. ¶Cōtra istud opp. nā licet inter agnatos sit locꝰ edicto successionis, iter suos nō, cū primꝰ
7 sit heres velit nolit, nō aūt pōt hereditas dferri sequēti. So. †Dicit Hugo, etiā hodie inter suos est locus successionis edicto, vt eis detur beneficiū abstinēdi, vt insti. de here. quali. z diffe. §. sz. z his vide gl. in fi. Cōcludit ergo secūdū Jac. z Hug. q; ista l. hodie sit correcta, z q; iste filius possit venire ad hereditatē aui sui de iure ciui. Cōtra hoc insurgūt omnes nostri doct. z primo Jac. de Ra. Petr. Cyn. Dar. Butra. Jac. Butr. z omnes moderni, q; inter suos nō est locus successionis edictō de iure ciuili. Licet enim per beneficiū prētis eis detur beneficiū abstinēdi, tamen de iure ciuili remanēt heredes. sed eodē iure non possunt esse plures heredes insolidū, vt l. hereditatē, §. fin. de ca. pec. z l. si vt certo, §. si
c duobus. ff. cōmo. ergo, ꝛc. Cōcluditur ergo [c] q; cum primus fuit suus heres de iure ciui, patri suo, nepos no pōt esse ille heres de iure ciui. sed de iure prētis, z sic hec l. nō est hodie cor. Preterea,
8 dicunt ipsi †q; non est dubiū quod secunda compilatio codicis fuit facta post cōpilationem Justi. vt §. de emen. Justi. cod. §. fi. Ergo nō est dicendū quod lex. C. corrigatur per iura Justi. Preterea dicebat Jac. Butr. z eū sequebātur omnes doc Bononie. §. sed his. Insti. de here. quali. z differ. nō disposuit inducēdo ius nouū. sz recitat ius antiquum. Unde nō est dicendū, q; corrigat legē istā. Ego credo, [d] quod gl. nostra dicat veritatē, z quod
9 illi dicant male, quod ostendo. Non est dubiū † q; ille, qui est heres per beneficiū restitutionis in integr. q; est de iure pretorio, non desinit esse heres de iure, ciui. vt l. zñ fine. §. sed quod Papinia. ff. de mino. sed primo excluso per restitutionē in integr. sequētes admittuntur de iure ciuili, vt ff. ad. tertu. l. j. §. si quis adita. Preterea, nō est dubiū, q; donec est locus instituto, nō est locus substituto, vt l. quādiu. ff. de acquir. hered. Sz ego video quod si instituto abstrineat per restitutionē in integrū, licet abstinens, remaneat heres de iure ciuili, admittitur tamen substitutꝰ vulgariter de iure ciuili, vt d. l. z si fine. §. sed quod Papini. ff. de mino. Preterea, de hoc est casus totū. §. de legi. here. l. defunctis. Pre-
deatur tibi impossibile, q; duo sint heredes insolidum de iure ciuili. Nā hoc vides alibi in herede, z fideicommissario vniuersali, qui habet iura hereditaria insolidū vna cum herede per fideicommissum, vt consultū, q; est de iure ciuili, z tamē apud heredem sunt iura directa, apud fideicōmissariū iura vtilia, vtrunq; tamen de iure ciuili. Ita hic apud filiū erunt iura directa, apud sequentem iura vtilia de iure tamē ciuili, vnde de iure ciuili dicitur succedere in ob ff. q; dicit, q; codex fuit factus post cōpilationē Justi. ceditur tamē q; ista l. est hodie antiqua, alias iuris Codi. qui, ideo corrigitur per dictū §. placebat. qui fuit post legem factus. Ita debes intelligere hanc materiā. Non obst. quod tur q; §. sed z his, non loquitur disponēdo, sed recitando tiqua, q; fateor q; ista non corrigitur per §. sed z his sed placebat. Ita debes intelligere hanc materiam. Habemus hic videre quando esset locus edicto successionis, quod plemabo infra, titulo secundo, super rubric. vbi glo. summat. ponitur ad secundum notabile, quod hic colligitur a sensu, hic innuit quod si non negat se heredem patris. bere hereditatem ani. Contra, quia sine negaret se heredem non, nil ad propositum quod probo. Aut enim filius hereditatem patris sui, z sic bona sunt commixta, z nō bere nepos vnum patrimonium, quin haberet totum. vt plures, §. filio, de vulg. z pupi. z §. de iu. deli. l. quidā eleg. not. Aut filius primꝰ se abstinuit, z tūc cū sint due here potest vnam amplecti, z aliam repudiare, vel amplecti, nō est vis vnde quod hic dicit, q; si negat se heredē, nil situm. Solu. secundū Jo. ideo dicit. se negat heredē, q; eo casu potest habere, nisi per bon. poss. Sed si concederet se vt puta si pater ei dimisit hereditatē aui, z sic ad ipsum transiret de iure ciuili, tanquā bona cōmixta cum hereditate tris, z hoc licet sit verū in se, tamen est extra casum huius loquitur, quādo filius primus nō agnouit hereditatē patris sui. Ita videtur dicere Joan. vide gl. tuam ibi, sed in eo dicit gat. Alij dicunt q; istud argumentum, quod dicit, fit a partibus insufficienter enumeratis. Cuz enim dicit, Aut filius adiuit hereditatem patris sui, aut repudiauit, certe erat tertiꝰ casus cet, quādo decessit deliberās. Quo casu si iste nepos vellet adire hereditatem patris, sui, posset per ius deliberandi sibi trāsmissum agnoscere hereditatez aui de iure ciuili. Sed si negat se here dem patris sui, non potest agnoscere, nisi per bonorum possessionem, z hoc verum, quando ille, qui est heres patris sui, erat interberandi in eum transmisso nollet adire. Si enim vellet, exclu
10 istum nepotem, vt l. cum antiquoribus. j. de iure delibe. z p lam que est secundum opin. quam teneo † quod hereditas p non agnita transmittitur ad quemcunque, vt dicas in l. apstes. j. de suis z leg. z l. si infanti. de iure deliberā. Sumus de prima gl. ma. venio ad secundam que est multum facti
11 mat duas questiones faciles multum. Prima est, vtrū filius emancipati conceptus z natus post emancipationem sit auo suo. Bl. arguit pro z contra, z finaliter determinat est agnatus, z vide glo. Contrarias glos. habemus. ff. vul legitimis. z ff. de adopt. l. quem filius. Iste glo. dicunt gument, instit. de legi. agna. succes. §. fina. Credo istam glo dicere. nam in d. §. si. dicitur quod perinde succedit filio. a
e agnationis non essent sublata. Concluditur ergo quod lata, sed remanet ius succedendi perinde, ac si staret. Et paret ex titulo de fid. tut. non enim illa! appellatur legitima ductiaria, que a legitima differt specie. ¶Alia q; formatur
12 †quando pater succedit filio, quo iure succedat. Et certe Placen. quam reprobat, vide gl. Concludit ergo quod pater mittatur per vnde legitimi, alias per vtilem, vnde liberi, seu parentes. Doctor. vltramonta. hoc reprobant dicentes quod de liberi vel etiam vnde parentes, non potest habere lorum stione proposita. Primo, q; non licet addere, seu detrahere edictis pretoris, vel in conventionalibus. ff. de verborum tionibus. Sed in edicto pretoris non fit mentio de parentibus go, ꝛc. Preterea, dicunt ipsi quod non est, dubiū quod mater cedat filio per vnde legitimi, vt ff. vnde legiti. l. ij. in fine. si pater succederet filio per vnde liberi ergo preferuntur illi, qui venīūt per vnde liberi excludunt venientes ab per vnde legitimi, vt l. i. §. j. si ta. test. nul. erta. Puto gl.
13 ne dicere. Et †quod dicitur, quod non debet addi verbo dico verū, nisi ex mente pretoris, vel ex identitate rationis distis in l. j. de interdic. z §. de bonorū possessione secundum l. secunda, z supra, titul. j. li. vbi additur de bonorum secundum nuncupationem. ita hic additur vnde parentes est vtilis vnde liberi probo quod hoc, sit de mente pretoris. norum possessio vnde liberi datur illis, quibus datur bo-

possel. cõtratab. vt l. j. in prin. ff. de cõtratab. & l. i. §. j. si a parẽ. qs fue. manumiss. ergo ei debet dari vnde parẽtes. qõ est idem quod vnde liberi. Non obst. q̃ dicis quod secundum hoc pater præferetur matri, & credo qõ sic de iure antiquo, licet hodie secus, per aut. de funct. j. ad Tertul. Hic dicitur. qõ per bonorũ possessio. Dicunt quidam, vnde liberi. Alij dicunt. vnde cognati. Tene primam partem. ¶ Vltimo est videndum de filijs natis post mortem aui, de quibus dicã j. de his. qui ante apertas tabu. l. j.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Qui se patris. Istã l. repetit do. Bened. & plũb. Item repetit. Ang. mag. Fran. de peru. Itẽ repetit do. Sign.

b P. PAV. P. ¶ Tempore mortis. Sufficit tamen quando alius probet se. esse coniunctum alicuius, quia præsumitur proximior nisi alius probetur proximior. vide Com. cõsil. xlij. incip. in q. Franc. vide in Bertach. in versi. hereditas ab intestato.

c ¶ Concluditur ergo. Adde tu & vide ad hoc quod dicit Paul. de Castr. in l. si filius qui patri. ff. de vulg. & pup. post Bar. in l. j. §. quæritur. ff. de suis & leg.

d IO. FR. V. ¶ Ego credo. Adde quod opin. Bart. quod ista litera correcta est communiter approbata. vt hic per Jas.

e POMA. ¶ Concluditur ergo quod sunt. Not. q̃ licet iste §. prima facie non videatur istud dicere. prout tenuit hic do. Aancel. tamen istud probatur in ver. nihilominus, & dixi etiam istud, ipse vero negauit esse dubium.

Vnde legitimi, & vnde cognati. Rub. XV.

¶ Continua vt in gl. Quærit gl. sup rub. qui dicantur legitimi. Certe omnes agnati. qui vocãtur ad successionẽ per l. xij. tab. vt Justi. de legit. agnat. succ. § j. Itẽ omnes illi, qui vocãtur ex antiqua lege. vel senatusconsulto. vt ff. eo. l. ñ. licet essent cognati. Et ẽ plũ patet in matre, quæ per senatusconsultũ Orficianũ succedit.

LEX I.

Consobrinorum. Nati ex duabus sororibus succedunt inuicem, per bonorũ possessionem vnde cognati. hoc dicit.

LE II.

Amproprionem. Ista lex dicit idem, quod, præcedẽs quia si ex consobrino natis, qui succedit per vnde cognati.

LEX III.

Epotibus. Nepotes succedunt auo materno de iure prætorio. hoc dicit.

LEX IIII.

¶ Possidens res hereditarias quando videatur adire.

1 **Non hoc.** Tota die † allegatur ista l. Non obstabit esse. h. d. Opp. & videtur † qõ ille, qui possidet res hereditarias, videat hereditatẽ adire, vt j. j. & l. ij. de rep. here. Solu. Prout hic loquitur i bo. poss. procedit cla. quia in ea requiritur agnitio cuiã iudicis, vel. fin. §. qui admit. ad bon. poss. & ideo sola rerum possessio non sufficit. In hereditate autem dico qõ non sufficit sola possessio ad probandum quẽ heredem, nisi appareat qõ sibi hereditas sit delata. Si enim sibi deferretur, per possessionem videretur adire, vt in cõtrario. Itẽ opp. quia eodem modo articulus, quem hic Imperator docet, nõ concludit. Nam posito quod quis apprehenderit hereditatem, vel bona, poss. non sequitur, ergo heres quia forte sibi non defereb atur. Resp̃deo, qõ hic dicit Imperator, qõ debet quærere an apprehiderit hereditatẽ. vel bonor. possessi. intelligendo cũ oneribus pertinentibus ad hoc scilicet vt queratur, an sibi delata fuerit, vel non aliter si solum hic poneretur, & probaretur qõ ipse adiuit hereditatẽ, posset cõuenirj tanquã hereditatis possessor. Cõfitetur enim quod tanquã heres possidet. Itẽ posset agere secundum formam l. finali. §. de peti. heredi. † Vltimo no. & bene tenent hanc l. qõ articulus seu positio debet de necessitate cõcludere, alias non probat hoc esse, qõ ab hoc cõtingit abesse, vt hic, & non nudis, & l. non epistolis, & l. neque natales. §. de probatio.

ADDITIO.

P. PAV. P. ¶ Seu positio. Istud pcedit in omni genere pbationis, siue fiat p testes, siue p instrumẽta, siue p cõfessionẽ partis, vt sentit hic Alexã. in vlti. vol. & probatur in hac l. & voluit Fel. in cũ omnes, versi. tertia declaratio. extra de cõfirm. & testibus loquitur ter. in c. in præsentia. de proba. vbi vide per Fel. quæstiõ limitationes ad hanc regulã. de instrumentis loquitur Bar. in l. si ex caut. ouerver. tu aduerte. C. de fid. instru. Alex. cons. vij. de confessio. loquitur etiam Bar. in d. l. si ex cautione. Jo. de Ana. cons. viij. & vide soci. in l. quæritur. ad fi. de reb. dub. Et Alex. cõs. lij. inci. viso themate illustrissimi. in iij. vol. & cõs. xlij. in v. vol. & in l. qui Rome. §. duo fratres. de verb. oblig. in iij. q. Bar. in fi. Et quod procedit ista regula etiã in instrumẽtis, vide Roma. sing. dcclxviij. inci. ad instrumẽtũ. & ideo per hoc dicimus quod inde finita non equipollet vel in materia probationũ, vide q̃ scripsi in l. si pluribus. de leg. ij. nec appellatiõe rei venit totũ, vide Soci. post Are. in l. quidam estimauerunt. in ij. no. si cert. pet. Aret. in l. serui electione. §. fi. in fi. de leg. j. Fel. in c. auditis. de rescr. Alex. consi. cx. in j. vol. In contrariũ facit q̃ scripsi ad Bar. in l. si pluribus. de leg. ij. & alias appellatione rei veniat totũ l. de pupillo §. q̃ nuncia. de oper. no. nũ. vbi Bar. & oẽs & in l. legatum vroi. per illũ ter. de leg. ij. & in l. siin rẽ. ff. de rei ven. & in l. si quis cũ totũ de excep. rei iud. Bon. ter. in l. tritia cũ testamẽto. § lucius. de leg. ij. Contrariũ tamẽ tenuit Are. quem vide omnino cons. cij. in ij. dubio. Et dixit vnũ singulare verbũ bal. in l. ab hostib. § q sem per. ff. ex qui. cau. maio. per dictũ ter. dũmodo possit aliquo mõ verificari. nunq̃ intelligendũ est taliter q̃ cõcludit intẽtionẽ pbãtis, nec ẽt appellatiõe partis cõtinet certa & simulata portio Alex. cõs. ccij. ij. vol. & cõs. cccxlv. ver. Nõ ob. q̃ instrm vt scripsi & d. l. si plurib. Et vide de ista materia q̃ pbatio debeat de necessitate cõcludere multas bõas decisiões p Dec. in repet. c. in præsentia. de pba. limita tũ istã regulã q̃ dubia, pbatio nõ relinat, nõ pcedere qũ pbaret & cõcluderet aliter de duob. quorũ vnum quodq̃ sufficeret ad victoriã, vid moder. i l. & si post tres. ff. si qs cautio. vide, latissime, p ampliatiõib. & limitationib. huius Jas. quasi p totũ. Itẽ qd de eo q̃ dictũ est §. an appellatione rei iteligat tota, vide Jas. i l. ait prætor. in prin. ff. & in reiu. & vnũ casum, in quo appellatiõe rei venitat solũ pars, põit Dau. ibi. La. & refert Jas. ibi & Jas. i l. plane. §. si eadẽ. de le. j. Itẽ circa istud q̃ dictum est an appellatiõe rei cõtineat tota i dictis testib. vide olim. foc. late i l. si qs cũ totũ. in prin. ff. de excep. rei iud. i ij. no. vsq̃ ad fi. vbi alleg. Are. & quo ñ. i lect. & in cõsilijs, & concludit q̃ cõtineat tota, & aliquid p ein i l. ij. in vlt. not. de acq. pos. An autẽ appellatione partis cõtineatur dimidia i testib. vide bal. q̃ sic. cõs. lxij. ij. pte. Itẽ de eo q̃ dictũ est §. cõ etiam pbatio quæ sumitur ex ppria cõfessione aduersarij, nõ relinat, nisi cõcludit vis Alex. in l. qui rome. §. duo fratres. in ij. q. Bar. circa fin. de ver. oblig.

LEX V.

1 ¶ Cognati hodie equaliter succedunt, ac si essent agnati.

3 Bonorum possessiones hodie non sunt sublate.

4 Bono. possessio secundum tabu. quibus casibus sit necessaria.

5 Bonorum possessio contra tabu. hodie est necessaria, quando filius est rate preteritus.

Certum est. Si quis vellet in hac lege insistere, staret per tres dies recitãdo omnes varias bo. possess. ¶ Nos recitabim. gl. & supplebim. vbi deficit. Breuiter dicit, Cognati inuicem nõ succedunt, nisi per bonorũ possessionẽ, ad quã petendam nemo cõpellitur. h. v. ¶ Opp. in aut. de, her. ab intesta. § nullaq.

1 † Solu. hodie cognati succedunt equaliter perinde, ac si agnati

2 essent. Quæritur, vsq̃ ad quẽ gradũ succedunt agnati. & cogn. Dicit gl. q̃ agnati vsq̃ ad decimum gradum, cognati vsque ad septimũ. & vide gl. Sed hic dubitat. cum hodie æquata sint iura agnationis, & cognationis, vtrũ agnati succedant vsque ad septimum gradus tantũ, sicut cognati, an econuerso, cognati vsq̃ ad decimũ, sicut agnati? Gl. determinat istam quæstionem. j. de suis & legiti. in aut. in successione. & in corpore vnde sumit, vide licet, quod succedant omnes equaliter vsq̃ ad decimũ. Itẽ quæritur. quot sunt bonorum possessiones. Dic vt in gl. quæ hoc dicit

3 multum clare. ¶ † Quærit gl. nostra, an iste bonorũ possessiones hodie sint sublate per iura noua? Et videt quod sic, q: sublata est hodie differentia emancipationis, patrie potestatis, agnationis, & cognationis, q̃ erant causa quare introducebatur bonorũ possessio. Contrarium dicit gl. & bene. Constat enim q̃ etiam hodie, si quis veniret per bono. pos. posset. q: nulla est l. præt. bitũ vnde ista iura non sunt correcta, q: quis potest vti eis voluntarie An autem iste bonorũ possessiones sunt necessarie, ista est alia q̃stio, in qua gl. tria dicit per ordinẽ. Primo, quod bonorũ possessio. fm tabu. In hoc nihil est inuocatum, nam neq̃ olim, neque hodie fuit necessaria, quia instituto poterat adire hereditatem de iure ciui. ex testamento. Fallit in tribus casibus quibus olim, & hodie bonorũ possessio erat necessaria, quos dic vt in gloss. Docto. addunt quartum in l. filio prætorio. ff. de inoff. testa. & l. posthumus. versi. idem. & circa eodem titul. quando filius præteritus testamentum confirmat, validatur de iure prætorio. addit

4 limitationes

quintū in l.cum heres,la j.ff.ad tre.vbi propter furorem non po
test adiri hereditas,ita quod tribuat ꝑ de iure ciuili,tamen pōt
peti.bon.possess.Addo tibi sextum,qñ testamentū est factū sub
conditione impossibili,ꝙ reiecit pretor,vt l.facta. §. si in vanda.
ff.ad treb.not.per Jac.de Are.in l.cum in secundo. de inuest.test.
Quedā tamē gl.que est in l.si duo.ff.de le.prest.videtur dicere ꝙ
in casu legis illius, filio preterito.de inis.test.qñ testamentū, in
quo filius est preteritus,cōfirmatur,possit adiri de iure ciuili. In
quadam gl.parnula,dum dicit,sed adiuit,vel bono.possess.petyt.
Sed illam gl.reprobaui vobis ibi. Itē bonorū possessio contra
5 tabul.†filia erat olim necessaria filio emācipato. Ista est hodie ne
cessaria.si ponimus preteritionē rite factam scilicet,cū causa,vt
6 videbitis in aut.ex causa,j.de libe.pret. ¶†Est z alia bo.†possef
sio vnde l.liberi.z vñ legitimi. Vnde liberi,erat olim necessaria filijs
emancipatis,hodie non est necessaria,qz succedūt de iure ciuili
per bon.possessionem,vnde legitimi,nec olim nec hodie fuit neces
saria secundū gl. Doc. Moder.dicunt,ꝙ immo hodie aliquo ca
su est necessaria vñ legitimi,z vñ liberi,vt in casu l.qui se patris,
§.tit.j. Ita dicunt illi dicentes illam legē non esse correctam. Sz
7 illud reprobaui vobis.Est alia†bo.possessio vnde cognati. Ista
8 fuit olim necessaria,hodie non,qz sublata est differentia agnatio
nis z cognationis. ¶†Itē est bo.possessio vnde vir z vxor.z ista
erat necessaria olim,sicut hodie,vt vñ vir.z vxor.l.j. Sunt etiam
bono.possessiones,ꝙ non tribuunt ius.z iste sicut olim erant ne
cessarie,ita hodie,quia nihil est innouatum.

De successorio edicto. Rubrica XVI.

1 ☞Successorium edictum, quando habeat locum in successiõe ex testamento.z nu.3.4.
2 Inter successores ab intestato,quando sit locꝰ successorio edicto.
6 Successorium edictum fuit introductum propter creditores.

¶Continuatur gl.tua sic.Quia in predictis bonorū possessioni
8 bus est locus successorio edictoꝝ,nō de eo dicit. Anteꝙ veniamus
ad nigrū exponendum gl.que est posita hic super rub.z eius ma
teriam, ēt credo quod intelligas clare istam materiā, per ea que
1 dixi vobis in l.ꝙ le patris.§.ti.ij. ¶†Primo quero,an in succes
sione ex testamēto sit locus successorio edictoꝝ.Rñ,aut queris in
successione ex testamento,ꝙ est ex testamento secundū testamen
tum,z defuncti voluntatē z nō est locus successioni,nisi quaten⁹
in eo.testator disposuit substituendo fm materiam substitutio
num tractatam vbiqz. Aut queris de successione,ꝙ est cōtra vo
luntatem defuncti,vbi per querelā inofficiosi,z per contrata.z in
hoc sunt opiniones.ff.de inof.test.z l.pater filiū. Veritas est qꝫ
est locus successorio edicto,vt l.si is qui.ff.de inof.test.z l.pater fi
lium.alias,si quis filiū.§.illo z eo ti. Idem bon.possess. cōtra tab,
vt l.ij.§.si emancipatus.de bo.pos.cōtrat.z no.per ☞y.in c.nō
2 debet aliqs:de reg.iu.li.vj. ¶Quero,†secundo vtrū inter succes
sores ab intestato sit locꝰ successorio edictoꝝ.Et hic aduerte.Qui
dā sunt successores de iure ciuili,qdā de iure ptorio,z illi,ꝙ de iu
re ciuili,qdā succedūt ꝑ l.xij.tab.vt agnati,z sui,z isti nō erat
locꝰ successorio edicto de iure antiquo,vt §.tit.ij.l.qui se patris,z
l.j.§.sciēdū.ff.de suis z legiti.hodie sec⁹,vt Justi.de leg.agn.suc
cess.§.placebat.Quidā succedebant ꝑ alias partes iuris,vt ꝑ se
natusc̄ōsultū,z inter eos erat locꝰ successorio edicto,vt l.j.§.si ne
āno.ad Tertul.Si vero erant succedentes de iure ptorio.Et hic
aduerte,aut primꝰ erat exclusus repudiatiōe,vel morte,aut erat
exclusus ꝑ restitutionē in integ. ¶Primo casu est locꝰ successo
rio edicto de capite in caput,qz excluso gradu liberorū remanēt
agnati,excluso gradu agnatorū,vocāt cognati,excluſis,cogna
tis,vocant vir z vxor. Itez est locus de gradu in gradū: nam
si plures sunt cognati, omnes dicunt esse in eodem capite, quia
omnes cognati. Tamē si sunt diuersi gradus,excluso eo,ꝙ est in
primo gradu,admittit ille,qui est in secundo gradu.vt ff.e.l.j.§.
quib. Si vero primus est exclusus ꝑ restitutionē in integrū, tūc
sequens in gradu nō potest admitti de iure ptorio,vt l.ſi.ff.e. Sz
3 de iure ciuili sic,vt l.j.§.si quis adita.ff.ad Tre.de re iu.l.z ex cō
tractu,Et aduerte,qz vbi dixi §.locū esse successorio edicto,non
semper propriè locutus sum,nā propriè tantuz locū habet inter
eos,qui succedūt de iure,pretorio. ¶Item inter eos,ꝙ succedūt
alio iure,bñ est locus successioni,hoc est,deficiente primo,vt dua
matur ad sequentem,nō tñ hoc dicitur esse ex edicto successorio,
sed ex constitutione iuris ciuilis,vt in l.§.alieg.tamē causa maio
ris facilitatis totū appellam successorium edictū.Quero vtrū sit
4 locus†successorio edicto in hoc vt veniētes ab intestato succedāt
remotis venientibus ex testamento:Rñ,sic,dum tamen scias ꝙ
donec est aliqua spes successionis ex testamēto,nullo modo pōt
gs venire ab intē.de iure ciui.Probatur in l.ꝙdiu.ff.de acq.he.
de.reg.iur.l.ꝙdiu.j.cō.mumia de succe.l.anteꝙ.De iure ptorio.idez
5 §.q admit.ad bo.pos.l.ꝙdiu,z ff.si tab.test.nulle⁹ exta.l.j.¶Sed
ꝙro,an eōuerso poterit esse locus successorio edicto,vt excluſis
venientibus ab intestato,sit locus ex testamēto:Rñ,ꝙ sic in vno
6 casu tñ,vt l.si ita quis ita heres.ff.de here.instit. ¶Quero,ꝙ
quare introductum fuit successorium edictum.Rñ.propter cre
ditores,ne nimium differatur,an habeant quem possint conue
nire,subueniturur eis etiam oando bonis curatorem.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶De successorio edicto. An in iure diceādi nulli de
beat locū successorū edictū,z quid in querela,vide d.Franc.de
Ilix. Itez an in seruituribus habeat locum.z in querela.z in bo.
poss.cōtra tab.multa alia vide late per Ang.de peregis in rub.
titione.l.in suis.de li.z poss.vbi etiam habes an in iure petendi
supplementum legitime habeat locum,z multa alia in materia,
etiam de querela inofficiose dona.

LEX I.

Jmater. Excluso primo,sequētes in gradu successorio edicto.h.d. ¶Opp.hic innuit ꝙ si mater posset hereditate patrui,ꝙ eā obtinuisset,ꝛc.Cōtra Bal.cura.furi.l.ij.§.pe. Sol.Dico ꝙ siue mater nō petijt,siue petijt curatorē,ide effet,vt l.cōtraria. Secus si petijsset ꝙ sciplas fuisse sane mētis. Ita debes intelligere. ¶Itez opp.z videt.ꝙ in
1 dicatur†patruus quo ad nepotē ex sorore,immo debet dici,ꝙ
culus magnus,ar.ff.de gra.co.l.iurisconsultus.§.patrui.Ideo
more dicunt quidā,ꝙ hic patruus impropriè ponit. Alij dicunt
ꝙ propriè potest dici auunculus magnus.Tene menti quia
qz non curo. ¶Opp.z videtur quod post matrem primo veniat
alij agnati,ꝙ iste filius matris,qui est cognatus,vnde videtur
obstare.ff.e.l.j.§.quib.instit.de suc.que ab intesta.§.admonend.
Sol.Dicit gl.intelligē hic,ꝙ alij agnati non erant,sed non pla
cet secundū ista tempora,secundū qꝫ nō erat locus successorio
edicto inter agnatos.Hodie esse verum.per §.placebat.instit.de
legi.agna.suc. ¶Opp.ff.co.l.j.§.furiosi.Sol.vt in glosl.

LEX II.

1 ☞Computatio graduum de iure ciuili attēditur in successione.in matrimonijs ius canonicum.
2 Una bonorum possessio conuertitur in aliam in filijs,non autē extraneis.

Jaute eorū frater. Aduerte, ista l. consuescit videri in quibusdam difficilibus,sicut alia,que fit intro Codice,qꝫ
computat gradus,z vide gl.j.que ponit casum. Secuter dicit
Si primus nō agnouit bo.pos.vel non agnouit vt debuit,pos
sequētibus. Secus si debito modo agnouit.h.d. ¶†Debet
1 re,qō differentia est inter ius nostrū z ius canonicū,qz nos
primus cōputationem gradus semper a stipite.Canonistę
si est pater z frater,qz in iure nostro i cōputatione gradu
per incipimus a stipite,vnde frater meus est mihi in secō gra
qz pater meus est mihi in primo gradu. Filius eius mihi in
do.nepos in tertio,z sic ō singulis,vt Liur.cōsultus.§.gra
ff.de gra.co. De iure canonico duo fratres dicūtur i gradu
lud obseruat in matrimonijs.i.successiōe cōputatio iuris
2 seruatur. Ita dicit c.ad sedē.xxxv.q.v. ¶Modo†aduerte
in terminis faciliter intelliges. Berta quedā habuit filiū,
premortuo nepotes. Itē fratrē superstitē habuit, ex alio
a premortuo nepotē. Decedit Berta,z postea nepos ex fi
bi succedit ex testamento frater Berte, ꝙ postea reperit fa
decedit vel repudiat dictus frater. Dicit hic,ꝙ bono pos
fuit petita per fratrē,poterit peti per istos nepotes.licet
v.gradu,z frater fuerit in iij. Do. Jac.de Are.legit.ff.de
z pōderat multum tex.qui dicit, ex testamēto adiri
Dicit ipse,ꝙ si petijsset ipse ꝑ bo.pos.sēm tab. sufficeret
illa bo.pos.ex testamēto,cōuertere i bo.ab intesta.z tic
tris,qꝫ sunt in quito,nō succederēt,qz fratri esset quesita
mō legit istā l.ꝙ i prin.adiuit hereditatē ō iure ciui.z
ditio nō pōt cōuerti in bono.pos.ab intest.finis loquit
uit bo.pos.ex testamēto,que cōuertit in bo.pos.ab intesta
3 de leg.prest.l. nōnunꝙ. Nō credo qđ dicat verū qz sōlū
hoc cōstitutū in filijs,qō vna bo.pos.in aliā conuertat
in extraneis.vt l.ij.§.si sub cōditione.ff.de bo pos.secun
b ideo no. ¶Ultimo scias,ꝙ Jac.Bur.disputauit vnā
4 statutū facit mentionē de gradibus,debeat fieri cōpu
re cano.vel de iure ciui.Et determinauit ipse ꝙ de iure
probat,qz gradus est de iure ciui. Dicitur enim gradus
litudinē scalarū,vt d.l.iurisc̄ōsultus.§.grad⁹. ff.de grad
iure vero canonico nō est ppriè gradus,sed est quidā
saltat de fratre in fratrem omisso patre. Ita determinat

ADDITIONES.

a ¶Repotem. Adde quod gl.hic vult,qō filius fratris

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nepos. Similis est glo. in l. post emancipationez. de leg. iij. in glo. ij. z multa iura alleg. Feder. de sen. cõsul. xxxix. quod dici possit nepos, tñ ex proprio significato nõ est nepos. Et ita cõcludit Bal. hic, qui dicit quod aut fit mentio de nepotibus vnã cum filijs, et intelligit de nepote ex filio. Aut mẽtio de fratribus z nepotibus z intelligit de nepotib. z fratribus. Facit secundũ Alexãd. in c. ij. de feud. mar. Aut per se fit mentio de nepote, z intelligit de nepote ex filio. Et cum hac decl. Bal. trãsit Pau. de Cast. qui dicit ita ẽ fuisse Dyn. maxime in penalibus, quod limitat ipse Pau. nisi ex aliquo adiũcto ẽ sumptio esset in contrarium, vt si diceret, quod frater carnalis z nepos excluderet matrem, qz tũc propter verbum frarrem, quod procedit intelligeretur de nepote ex fratre, quia talia sunt subiecta, qualia predicata demonstrant, arg. l. fi. ff. cui dulcia. de vi. tri. oleoque legat.

b ¶ Ultimo. Adde per eundem Bart. consil. ccxxiiij. incip. querit vtrum gradus per Pau. de Cast. consil. cccclvj. qui similiter trãsit cum Jacob. Butr.

De Carboniano edicto. Rubr. XVII.

LEX. I.

2 ☞ Possidens poterit petere possessionem sibi confirmari ex edicto dñi Adriani.

1 Bonor. possessio carboniana datur illi, cui datur contra tabu.

3 Bonor. possessio carboniana non concurrit cum ordinaria.

4 Filius in possessionem ex carboniano quam actionem intentare possit, z quando.

Tibi ac filio. Hec est pestilẽtio la l. z habet tulec. Et ẽ z vtrãq; lect. breuit ff. Si filio impuberi mouet q̃stio status, z bonoꝝ p carbo. dz q̃stio in puberratis ips differri, z satisdatioe pstita, si nõ possidet, possessor q̃stui, vel si possidet, eꝰ possessio cõfirmari, si nõ satisdat dz possessio ad alios trãsferri. hoc ff. ¶ Oppon, z videt quod text. sibi ipsi q̃radicat, dñ ff, filiꝰ tuꝰ vendicet restitutionẽ. Hã in eo quod ff, filiꝰ tuꝰ vẽdicat, innuit quod ipse erat actor. Jn alio quod subdit, restitutionem postulari, innuit quod ipse erat reus, z aliꝰ ab eo restitutione petebat. Huius tñ oꝛe sunt in glo. due lect. Una, quod hic filꝰ impubes possidebat, z alij ab eo petebãt hereditatẽ, tunc exponẽ text. filiꝰ tuꝰ vẽdicat, scilicet retinendo, quam lec. multum no. Habes tenum ex ea quod sicut quis potest petere se mitti in possessionẽ ex carbo. qñ nõ possidebat, ita ẽ qñ possidet, posset petere quod sibi talis possessio ex carbo. confirmetur. * Et pro hoc facit. ff. eo. l. iij. ẽ. missus. z ibi habi vobis, de cõtratabu. l. iij. ẽ, hi sub ea. Et sic † videt ẽt q̃ ille, qui possidet, poterit petere possessionem confirmari sibi ex edicto dñi Adriani, ostẽso testamẽto nõ abolito, nõ vitiato, vt l. fi. ẽ. de dec. d. Adri. tol. Alij vero legũt istam l. quod filius nõ possidebat, si petebat, z illi aduersarij excipiebãt illũ esse seruum, vel spurium. Consuluit imperator quod petat bon. pos. carbo. z tunc dz exponi text. dũ dicit, vendicat. stat propriẽ, dum dicit restitutionẽ potius, intelligit retinẽdo z defendẽdo, z sic stat ꝓprie. ¶ Op. de o. dñi. iudi. l. j. Sol. Jbi nõ expediebat pupillo cãm status deferri, hic sic. Vel aliter dic vt ibi dicemus. ¶ Oppo. de l. cuz sine. ff. eod. Sol. Hec intelligitur secundũ illam, nam debes intelligere hic, quãdo filius non est institutus, neq; exheredatus, sed pretestatus. Jnstitutus enim habet secundũ tabul. exheredatus, sed preterelam. preteritus vero dz carbo. possessionẽ bono. nã hec est regula. † Jll datur carbo. bon. pos. cui contratab. Probatur. ff. eod. l. j. ẽ. j. in prin. ¶ Oppo. ff. eod. l. j. ẽ. z generaliter, z l. de bonis. Sol. Jnfertur quitur in preteritione a matre cuius preteritio habet ꝓ exheredatione, z ideo quia eis non competeret contrab. nõ cõpetit carbonia. bon. pos. ¶ Opp. ff. eo. l. iij. ẽ. due Sol. Fateor quod dz sumariam examinari, an expediat pupillo cãs statꝰ differri vt nõ. Glo. formal hic quasdã q̃stiones. Primo q̃ro, si hic quod satisdatio dz dari. † ¶ Quero. de quo prestat ista satisdatio? Glo. ponit duas opi. Prima est restituendis bonis, si appareuerit eum possessorem iniustum. Alij dicunt vtendo, fruendo arbitrio boni viri. Bert. dicit, vnumquodque capitulum debere imꝑ satisdatiõe comprehendi. quod satis placet. Quero vtrum status questio differatur quo ad matrem? Glo. dicit quod non, vt ff. eo. l. j. ẽ. fi. Rõ. ro nunquid ista bon. poss. concurrat cuz ordinaria? Glo. ẽt quod non, vt ff. eo. l. fi pubes. in fine. Dic vt in gl. † Quero nunqd missus in possessionem ex Carboniano, possit actionẽ intentare. Glo. hoc tangit etiã in l. qui inofficiose testam. z ff. eo. l. pen. Jsta est vitas. Aut ipse non satisfecit, z tunc non põt intentare actionẽ. * aut satisfecit, z tunc aut vult intentare directam tãquam heres, z non potest. aut vult intentare tanquam bo. pos. Carbo. z potest, vt ff. eod. l. pen. z leg. iij. ẽ. missum, z ille declarat istam materiam.

ADDITIONES.

* Confirmetur. Adde q̃ cõmunis est opinio fm alexãd. q̃ peti possit confirmatio possessionis ꝓ quo dicit videndũ Bar. in l. de pupillo. ẽ. qui opus. ff. de oper. no. nuntiat. z Bal. in c. fi. de prohib. feud. alienat. cui in quantũ dicit q̃ est dare quartũ possessori, sez confirmande. adde Bal. cons. liij. li. v. z Bal. in addi. Spec. in ti. de test. vide etiã ibi in ẽ. sequitur. ver. q̃ si missus. Jo. and. post Spec. q̃ ponit an missus i poss. si cadat, debeat restitui: z an si heres oc ꝓpria aut hõitate bona hereditaria possit petere se per iudicem cupat cõfirmari. Jnquãtũ etiã alex. dicit, q̃ comuniter concludit q̃ datio tutele nulle poteſt peti vt confirmetur. dic q̃ Pet. de anchar. cons. ccxciij. q̃ ipse alleg. ccl xxxj. consuluit contrariũ. idez cõsuluit Rõ. na. cons. civiij. vbi alleg. Pet. de ancha. d. cons. idem cõsuluit Bal. cons. cix. v. ij. lib.

a Intentare. Adde, an filius, qui est adeptus simpliciter bo. poss. car in hereditate patris, possit possidere feuda patri concessa. quod Bal. concludit quod sic, in c. j. in titu. an agna. vel filius.

LEX II.

Carbonianum. Bonorũ possessio Carboniana cocedit ꝓbatis sũmarie his, q̃ hac l. diuidunt. h. d. Oppo. nã si hoc probaretur esse matrimoniũ indubitatũ, z partus legitimus, iste in petitione hereditatis vinceret, ideo frustra Carbonianũ sibi subuenit. Sol. intelligit quod in hac bon. pos. dz ꝓbari sumariẽ, z sc. plene. Jn petitione hereditatis, dz probari verẽ. Quero, intra quantum tempus debeat peti ista bon. poss. Bles. dicit intra annum, si cut alie, vt l. iij. ẽ. missum, verũ. hec autem possessio. ff. eo.

Vnde vir, & vxor. Rubric. XVIII.

LEX VNICA.

2 ☞ Casus in quibus vxor succedit, vel non succedit.

* 1 a **Maritus.** Non existentibus agnatis, seu cognatis coniuges mutuo sibi succedunt, z fiscum excludunt. * h. d. Ho. ex hac l. † quod per statutas, q̃ dicit quod mulieres vltimo nozes nõ possunt q̃trahere sine ꝙsensu duoꝝ proꝓinquiorum vel duoꝝ ꝙsanguineoꝝ, z similia vera. quod affines ex parte vxoris, vel viri, non admittunt. Vir z vxor nõ dicunt mutuo ꝓpinqui, nec ẽt affines. Vide text. ibi seu, ꝓpinquorum. z. Oppo. j. ff. imperialis l. soc. l. j. lib. x. Sol. Specialis b est in illo socio. qui ꝑcedit vxori. Op. j. de her. decl. j. Sol. Jbi sunt quẽdam alie persone, que excludunt fiscum, tamen ille persone excluduntur ab vxore, z viro. Jta dicit gl. hic, contrarium dicit glo. in l. j. ff. eo. scilicet quod ille persone de quibus, dicitur intit. de hered. decl. excludunt vxorem. Jsta glos. est verior. Casus est a in l. si quis ꝓtestatus. ẽ. de episcop. z cle. † Quero vtrum sint alij casus, in quibus vxor succedat viro. Glo. dicit quod sic j. de bon. ma. l. iij. Jtem est alius casus in authent. vt lic. ma. z aute. ẽ. quia vero, z vide authent. preterea. que inde sumitur.

ADDITIONES.

CLAV. DE SEISS. ¶ Excludũt. Et post eos etiã fiscum excludere tutoꝛ, fz gl. sing. in l. quo tutella. ff. de reg. iur. fz Bar. ibi videat cõtrariũ velle vide ibi alex. in apostil. Jte an fiscus de iure ciuili admittat, an de iure pretorio, vide per alex. in l. ex asse. ff. ad trebell.

a ¶ Statuta. Adde quod hic dicit Bal. quod ista statuta quod cõpromissum fiat inter affines. non includit virũ z vxorẽ, sed contrarium tenet ipse Bal. in l. affinitatis. j. cõmunia de suc. z idẽ tenet Pau. de Cast. hic, quia idẽ iuris debet esse de eo qui est principiũ affinitat. ẽ. quod est de affinibus. l. maritus. cum ibi not. de pcu. z rõnẽ. Hã ꝓpter vnũ quodq; tale, z illud magis. authent. multo magis. de epis. z cler. Dicunt etiam hic Salic. z Bald. q̃ si statutum disponat, quod vxor non possit testari sine ꝙsensu viri, z vxor vellet instituere virũ, quod nihilo minus poterit vir cõsentire de quo hic latius p eos. Tu dic quod Bal. ꝙsulit ꝙs. lxxvij. ij. vo. ꝓ quo facit. quod consuluit idẽ Bal. cons. xxij. incip. Jn Christi noie, hec est copia, z vol. quod statẽ statuto, mulier nõ possit testari sine cõsensu aliorũ, z vnus ex illis fuerit institutꝰ, quod per hoc non vitiatur dispositio. qz aliud est authoritas, aliud cõsensus, z pot consentire vt faciat. nõ vt sic faciat. z per hoc ẽt quod cõsuluit Rom. cons. ccccv. quod pater authorizari possit filio volenti ipsi patri donare cã mor. z ibi vide pulchre p eũ qualiter differãt authoritas z consensus. Idem consuluit Bal. consi. liij. incip. Jn Christi nomine factũ tale est. ij. vol. Qualiter autẽ intelligatur statutũ, quod mulier non possit contrahere sine cõsensu viri, z vir sit absens, vide eundem Bald. consil. ccccxliij. ij. vol. Si autem maritus institutus ab vxore eam occidat, successione priuatur, non ipso iure sed per sentẽtiam, z applicatur legitimis heredibus mulieris. Jta consuluit Bal. consi. ccxxiij. j. vol.

b ¶ Speciale. Adde tu, quod contrariū videt velle glos. ibi. Sz cū ista concordat glos. in l. j. ff. eo. tit. Et ad materiā huius tituli, vide Bal. in l. fi. §. vnde le. vbi quod vir, z vxor adinuicem non succedunt de iure ciuili, nisi in casu auth. preterea. Et adde quod hic titulus non habet locum; quando dos esset constituta in feudo, nec etiā dispositio auth. preterea, videtur tex. in c. j. de inuest. quā Titius accepit a Sempronio, z tenent ibi doc. communiter, z dicunt etiam Jac. de Aluaro. in c. j. an ma. succe. vxo. Et idem videtur dicendum in emphyteuta arguēdo de feudo ad emphyteusim. arg. procedit vt per Spe. in tit. de feu. §. quoniam. ver. xj. et vers. idem quoq; iuris. Bar. in l. vt iusiurandi. §. liberi. de ope. li. z in l. quod dicit. verb. inducō ad q. z ibi per Aler. de verb. oblig. Item non haberet locum quando dos esset constituta in vsufructu per predicta z quia finitur morte. §. finitur. Justi. de vsufruc.

AVTHENT.

1 ¶ Legatum factum simpliciter, quando videatur factum animo
3 cōpensandi.
Legatum factum per vxorem viro, computatur in lucro debitō viro ex forma statuti vxore premortiente.

a PReterea. *Nō, z signa bene finē hui⁹ auth. q̄ est valde notabilis. ibi, iputabis
1 tur legatum, tc. Oppo. ad istū finē extra glos. §. de rei. vxo. act. §. sciendū. Sol. tibi loquitur, quando erat debitum ex facto defuncti: tunc enim legatū facrū simpliciter, nō videtur factum animo compensandi, hic loquitur quando debitus erat ex dispositione legati, in quo imputatur legatum. Simile videtis in legitima, que debetur filio, vel patrono, seu parenti, vt l.
b quoniā nouella. ⁹ §. de inoffi. testa. Et per hoc apparet, quod † q̄n
2 vxor reliquit aliquid viro, cōputari debet in illa portione quā
t vir debet lucrari ex forma statuti. ⁴ Cabus est hic. Pro hoc ff. solu.
d mat. l. ii cu dotem. §. si pater. z ibi Jac. de Are. z ibi dicit. ¶ Que-
3 ro, † quis dicatur locupies, vel pauper. ᵉ * Bios. dubitat. Dicit
e hoc examinandum esse officio iudicis. Alibi dicit hoc ꝓbari per
* vulgi opinionē, vt habuistis not. §. de iure do. l. vbi adhuc. Aliter videtur not. Justi. de exc. tu. §. item propter paupertatem. quod dic vt plene examinaui ff. solu. mat. l. si constante. in princi. in rep.
4 quā feci de illa l. Ulterius quero, † quid si ascēdētes supersunt, et non descendentes. Glos. dicit idem quod descendentibus, q̄ eadem est ratio. † Quero, quid si nullus supereſt ascendens, vel descendens, sed alij collaterales. Opinsunt in gl. Putarem dicendū
f quod eo casu vxor lucraretur ᶠ proprietatem quarte portionis.
Ista enim l. videtur velle, quod ista vxor non habeat vitra quartam portionem, si bene inspiciatur.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Preterea. An locū habeat z pcedat in viro, z mu-
liere impoten. vbi Albam li. z est q̄stiū. ff. de lib. z posth. post Dy. Et nunquid etiā in terminis huius auth. sit locus iuri accrescendi. Vide Bal. in l. j. §. q̄si non per. par. Et an si cōiunx premoriturus aliquid alienasset in fraudem persone superuenientis illud possit reuocare, Lxo. hic tenet quod non, quia reperitur l. cautum, per text. in l. non vsqueadeo. in ratione sui. ff. si quis a paren. fue. mā. tamen not. quia ista materia non procedit de similibus ad similia. d. l. vsqueadeo. ff. si quis a paren. fue. ma. alium modum formādi istam authent. vide per Raph. Cu. cons. cxxxj. z vide ad hec iura etiam Pan. cons. i. volum. ij. z Soc. cviij. P. PAV. ¶ Preterea circa materiam huius auth. quando dicatur vxor inopia laborare, z quid si pater esset diues, z quo remedio debeat prouideri, ne habeat locum ista dispositio, vide pulchre omnino Lo. cons. cxxj. incip. duo fratres, quasi per totum. vbi etiam heres an possit maritus operari quod ab aliquo detur salua conscientia ad hoc, vt excludatur ab isto beneficio, notatur ibi.

b POMA. ¶ Qm̄ nouella. Melius facit l. omnimodo. ibi posita. C. eod. tit. Est tamen aduertendum quod Bald. allegat l. qm̄ nouella. quod sentit quod hec auth. et procederet quoties relinquerent aliquid inter viuos, quod colligit hic Bet. z seq. Decius.

c ¶ Computari. Adde plene de hoc per doct. in d. §. si pater. z per Bal. hic, z cons. lxviij. ij. vol. videtur perſistere in opin. quod non compensetur. dicit tamen communis opinio est in contrariū. Et illo casu, in quo cōsuluit dicit quod illa difficultas cessabat, quia expresse dictum fuerat quod compensaret.

b P. PAV. P. ¶ Ex forma statuti. Vide oīno pulchrū q̄si. Lo. in q̄s. xlviij. in c. statutū Florētie dicati, vbi q̄sulnit quod ſtāte statuto quod maritus lucretur dotem non extantibus filijs primi matrimonij. Si vero sint filij ipsius mariti succedit quod per hanc glos. non tenetur faciens testamentū relinquere filijs ipsius mariti vltra legitimam, licet si non essent filij mariti, in totum excluderet filios primi matrimonij, vide ibi subtiliter per eum. Adde etiam de materia huius statuti que scripsi in l. hac edictali. §. de secun. nupt. vide omnino z late Jas. hic. Item istam authen. z eius materiam dominus Franc. de Pepis late reperit. Item de materia hui⁹ auth. vide late Aret. in tract. de test. in glos. in verbo nolens ab intestato decedere. Item adde quod ista quarta, de qua in ista auth. non habet locum in feudalibus text. est z ibi Bal. in c. j. §. fi. de inue. de re. alie. fac. Bal. in c. j. an mari. succe. vxori ibi. quid aūt si vxor tpe mortis esset iops postea efficeretur ditues, an posset petere istam quartam, vide late Decium quod sic in consi. xxiij. Item de materia istius authē. z quod procedat, ērsi vxor haberet dotem paternam, vide Barb. consi. xxiij. vol. iiij. in j. dubio.

c ¶ Pauper. Adde per eundē Bar. in l. si cōstante. ff. sol. mat. per Aug. z Bal. in l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satis. cog. per Lanoistas in c. Odoard⁹. extra de sol. per Bal. in l. paupertas. de excu. tu. z in l. ad declinandam. de episc. z cler. no. in auth. de hered. fal. i §. si vero absint i verb. substātia. Et alias remissiones vide in d. l. si cōstante. z ibi p Alexan. et cui adde Bald. cōsi. cxcij. lib. ij.

*CLAV. DESEISS. ¶ Adde eūdē Bal. in c. ad aures. de rest.

f ¶ Lucraretur. Adde quod induxit istum tex. ibi circa medium dū dr, alterius⁹ve matrimonij. Ex quo patet quod liberi primi matrimonij non impediunt lucrū pueniēs ex ista authē. ad q. statur disponētis quod vir lucret dimidiam partē dotis vxoris premortue decedētis in matrimonio sine liberis, z vxor ex hoc matrimonio si habeat liberos, habeat tñ ex primo tres vel quatuor. Item dr, quod hec auth. facit quod maritus debeat lucrari dimidiā secundū dispositionē legis hac edictali. Pau. de Ca. repetitione dicens quod hec auth. nihil facit, quia hic in nullo minus exhoris conditionis quā vnus ex filijs, q̄ si sunt tres, maritus debebit quartam si est vnus, similiter maritus habebit quartam filius, alias tres partes. Mulier tñ habēs filios ex primo matrimonio non potest dare dotem marito cum spe lucrādi vltra quā vnus ex filijs primi matrimonij sit habiturus, pl. hac edictali. de sec. nup. z p hoc vltimo vide quod Bal. dixit eius cōsi. cxlvij. ij. lib. vbi dr quod si sēdo vir stipulat⁹ fuerit dotē p liberis suis, nō valet stipulatio. q̄ in fraudē l. hac edictali. z ita dr fuisse obtentū dō. Franc. de Al. do. Rich. de Sal. quanquam ipse teneret partē contrariam tunc. Et vide ad dictum Bal. quod ipse cōsuluit in terminis eius, consi. xviij. incip. q. formatur per Jac. Burr.

g ¶ Inspiciatur. Adde quod Bal. z Paul. de Cadicis. quod frē auth. habeat locum etiaz ex testamento, qm̄ maritus fecit testamentū, z instituisset alios, z nihil reliquisset ipsi vxori, q̄ vxor potuit petere quartam cōd. ex hac l. quā defunctus sibi auferre nō potuit arg. in auth. presbyteros. C. de epis. z cler. Idē tenet Sal. per ter. hic in versic. succedat. Idem tenet rom. hic. z in l. universi. fol. ma. Pro quo alleg. glo. in auth. de her. z fal. in §. si vero expresse. in ver. heredes dicebat hic. Sal. quod tamen testator legare vxori cum hoc quod plus petere non posset, licet minus quā non poterit agere. Del quo latius hic per Aler.

De repudianda bonorum possessione. Rubrica XIX.

LEX I.

MAncipatus. In repudiatione bonorum non requiritur presentia aduocati. Fallit in fisco in quo requiritur presentia aduocati. hoc dicit, etiaz in actibus extraiudicialibus probat glossella huius legis relata ad text.

LEX II.

FIlio. Pater non potest repudiare bonorum possessionem filio delatam. hoc dicit.

De collationibus. Rubrica XX.

¶ Quia succedentes inuicem conferunt quandocunque bona
a ideo ponitur titulus de collationibus.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ De collationibus. Circa istam materiam collationis nota quod obligatus conferre, ita demum teneat si fuerit appellatus vide Aler. consi. cccclxxix. Item pro cautela ad collationem, vide per Lepo. cautela. cviij. Item nunquid dos lucratur maritus ex forma statuti veniat in collatione, vide cōs. cccccvj. z cccclxxj. Bar. in trac. de duo fratri. vbi multa an ea que frater acquisiuit vivo patre, z q̄ ei donata fuerunt tranco vel a patre, conferre teneatur, vide Bal. in trac. fe. filiaūt lucrum ex officijs publicis habitum, sit cōmunicandū de expensa facta in vxor ducenda, vide rom. q̄s. cccclxxiij. Item dos data filie, computet nepoti in legitima in bonis aui materni vide Pau. de Castr. consi. lxij. Alex. and. consi. xxij. Paul. consi. ccxxiij. z omnino eundem late consil. cc. l. z seq. vbi etiā pone

testator illud expresse dispoſuit, z ſi ponit ibi an ſi teſtator mādat aliquid conferre, quod non poſſet expresse conferre. ¶Quid autem in localibus emptis per patrem nurui, an ſint conferenda per filios, vide Bau. conſ. clxxxiiij. ad fin. Item alia in materia vide ad Bar. in l. j. §. nec caſtrense. ff. de col. bon.

LEX I.

Emancipatos. Inter ſuccedētes ex teſtamento non eſt locus collationi, niſi aliud ſit a teſtatore expreſſum. hoc dicit Opp. de l. filius emācipatus. ff. de col. bo. Sol. Ibi ſuccedit ab inteſtato per errorem, ideo eſt idem ac ſi ex teſtamento ſucceſſiſſet. Op. ff. de inoffi. teſt. l. ſi non mortis. ij. reſpon. Sol. Illa concordat, ſi bene inſpiciatur. Oppo. in auth. de trien. z ſemiſ. §. illud. collat. iij. Sol. per illam auth. de triente corrigitur iſta lex, vnde vide auth. ex teſtamento. que hic ponitur.

1 ☞ Filius an teneatur conferre donationem ſibi factā per pfez.

a **Ex teſtamento.** a Hec auth. per oīa contradicit. l. j. C. z corrigit. In hac auth. ponit q̄dā opinio, vtrū ſimplex donatio veniat conferenda. In gloſ. nra fuerunt opi. Bo. Dy. poſtea diſputauit iſtā. q. z Ly. eam recitat hic breuiter omiſſis allegationibus quia ſunt multe. Bo. Syn. determ. nat ſic, z bene.

1 aut donatio ſit ſimpliciter filio emancipato, z illa confertur b, vt
b ſ. co. l. vt liberis. §. fi. Aut ſit filio in prāte, z iſta non cōferr c regulariter. Nō q̄ iſta donatio nō valet in vita, ſz aſſumit ſibi vim
c poſt mortē, z habeť vt legatū. fideicōmiſſum, vt l. in donationib. §. adl. fal. z l. donationes. ff. de don. inter vi. z vro. ſz legata, z fideicommiſſa non conf. runtur, vt j. co. l. a patre. ergo nec talis donatio. Fallit in caſibus. Primo quando emergit inequalitas, vt l. pen. j. eo. Secundo, ſcilicet quando pater hoc expreſſit. argu. l. ſi quando. §. fi. ff. de inoffic. teſtam. Tertio, quando dedit vt haberet in peculio, vt l. donatione. j. cod. ita communiter tenetur.

ADDITIONES.

POMA. ¶Ex teſtamento. vide Soc. cōſ. xcj. vbi in ſpecie tangit quid iuris. quando donatio eſſet valida in vita patris.

P. PAV. P. ¶Ex teſtamento. Circa materiam iſtius auth. an donatio facta filio emancipato ſit conferenda. quando conferende eſſent portiones inequales, vide late Decium conſ. lix.

¶Illa confertur. Adde vltra ea que hic dicuntur per Barto. z Bald. z Paul. de La. z alios. qui communiter tranſeunt in hoc cum Bar. Old. conſ. cxxxviij. inci. thema tale eſt Durandus.

¶Non confertur. Adde eundem Old. in terminis. conſ. clj. inci. ſi quis verba donat.

LEX II.

Vel pater. a Dos promiſſa confertur liberatione, vel cautione, de indēnitate interpoſita.

ADDITIO.

a POMA. ¶Si pr̄. Ad iſtā l. z ſimiles, vide Bal. i l. filia legato. rum j. not. j. de le. cū quo tenuit ibi Ful. z Decius, lz ibi ẓ Sali.

LEX III.

1 ☞ An valeat pactum factum cum marito, ne liberi ex eo matrimonio ſuccedant.

a **Pactum.** a Pactum quod filia dote contenta non ſuccedat. nō valet, ſz ſuccedit, et cōfert dotē. hoc ōt. Querit gloſ. vtrū iſtud ẓfirmetur
b iuramēto. Quidam quod ſic. Gloſ. contra per l. nō dubium. ff. de legibus. Veritas eſt quod iuramento confirmat. b vt
c in cap. ſine. c extra. de pac. lib. vj. quod plene declarauī ibi in l. fi.
1 ff. de pac. ¶Querit gloſ. vtrum pactum factum ab vxore cū marito ne liberi ex ea nati ſuccedāt, valeat? Gloſ. ōt quod nō. p l. trāſa
ctide miſs. §. de trāſa. lz ꝛrarium poſſet dici per l. imperiale. §. fi. de probi. ſeu. alie. per Feder. z. collation. Sed ibi de hoc nihil dr̄. ſed alibi habemus duos ter. Primus eſt de filijs natis ex matrimonio ad morganicam contracto. c. j. z ſi de feu. fue. controuer. §. filij, vbi expreſſe dicitur quod tale pactum de iure non valet, ſed vſus approbauit. Intellige vſus Mediolanēſis, vt ibi dr̄. Ubi au tē nō eſſet talis, ſtarē iuri cōi, ſcilicet q̄ tale pactum non valeat.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶Pactum circa materiam huius l. ad validandum tale pactum, vide Cep. cautela. cc.

b POMA. ¶Ex iuramento confirmatur. Vide pulchre p Bart. conſ. xxij. in j. vol. z vide Alexan. conſi. xlij. volum. j. z Lapa. xxix. in iij. dubio.

c ¶L. Quamuis. Adde Bau. de La. conſ. clxxvij. ad intellectū illius c. ſed melius per Per. de Auc. conſ. xxxvij. an autem filia renunciando prēiudicet neporibus z ſic filijs ſuis vide hic p Bau. de La. z in l. qui ſuperſtitis. de acq. poſ. z Old. conſ. xl. incip. breuiter. z Bau. de La. cccxj. An autem ſi filia renunciauit patri et fratribus ſi fratres moriantur abſque liberis, illa renūciatio noceat, vide Bal. conſ. cccl xix. iij. volumi.

LEX IIII.

2 **Filie dotem.** a Filia cōfert dotē p̄fectitiā, z aduentitiam ſuis, emancipatis profectitiam tantum. hoc dicit, iſta not. ler z multū aperit de iſta materia, z eſt clauis quaſi iſtius materie. Oppon. hic innuit quod filia, q̄ ſuccedit per contrata. non ſuccedit ab inteſtato. Sol. Hic voluit notare differentiam. Aut ſi lia ſuccedit nullo facto teſtamento, aut aliquo facto teſtamento, ſed rupto. Oppo. de l. ſi emancipati. j. eo. ſol. Circa hoc eſt magnū dubium, vt ibi examinabo. Querit gloſ. quid ſi teſtamentum fuit p̄z parte ruptum, z p̄z parte validum. Reſpon. gloſ. quod non eſt locus collationi, vt l. pater filium. ff. de collat. dotis.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶Filie dotem. Nunquid autem filius ſuccedens matri teneatur conferre dotem datam a matre eius filie, vide Alexan. conſ. xxvj.

LEX V.

1 ☞ Quando dos conferatur, z qualiter conferatur.

a **Dotis.** a Dos data conſtante matrimonio, confertur minus accipiendo, hoc ōt. Opp.
1 z videť quod dos conferatur liberando. vt §. eod. i. ij. vel re ipſa conferēdo, vt §. l. prim. ſo. ſ aduerte, z rogo vt teneas tres caſus. Quandoq̄ eſt p̄miſſa, z non ſoluta, tunc cōfertur liberādo. vel de indemnitate cauēdo, vt §. eo. l. ij. Q̄nq̄ dos eſt p̄miſſa, z ſoluta, z a filia recuperata. z tunc confertur re ipſa. ponēdo dotem in medio, vt §. l. pri. Q̄nq̄ dos eſt p̄miſſa, z ſoluta, z non recuperata, nec pōt recuperari. q̄ matrimonium durat. tunc confert minus recipiendo, vt hic, verum q̄ hodie eſt facta quedam cōſtitutio que eſt de qualitate dotis, z ante nuptias donationis. §. illud quoq̄ determinans iſtam legem, z ideo videas auth. quod locum, que ponitur hic immediate. hoc dicit.

ADDITIO.

a POMA. ¶Dotis. Dos quemadmodum conferatur, caſum potes addere licet videatur quod poſſit ſub primo compręhēdi. in l. j. §. ſi ſub conditione. ff. de colla. dotis.

AVTHENT.

1 ☞ Filia in dote aduentitia, ſine patris conſenſu agit.
2 Dos magna vel parua dicitur ſecundum qualitatē perſonarum.
3 Aut qualiter dicatur ad inopiam vergere.
4 S. filius, cui pater dedit pecuniam p̄z emendis libris, illam conſumpſit, debet illa ſibi in partem imputari.

Quod locum. Oppon. de l. cū non ſolū. §. neceſſitate. j. de bo. que lib. Sol. Specialis caſus eſt hic in hac auth. vbi filia pōt agere ſine pr̄is cōſenſu in ſtribus caſibus qui in hac
1 auth. notant. ¶Verūtū glo. tua dubitat in vno caſu tm̄, vez quando dos eſt aduentitia. Tu dic hoc caſu, quod patris conſenſus non requiritur. Hoc tenet gloſ. ſolut. matrim. l. ij. §. quod ſi in patris. ¶Oppo. quod actio dotis ſit cōis patris z filie, vt d. l. ij. §. quod ſi in patris ſolut. matrim. Sol. Fallit in caſibus. qui ponūtur in hac l. ¶¶Querit glo. que dicatur dos magna, vel parua.
2 Certe ōt glo. ſcdm qualitatē perſonarum. argum. ff. de iure ſdo. l. ſine gñalis. Quero, dicitur hic, viro ad inopiā vergēte. ¶¶Quero, qū dicať vir vergere ad inopiam? Certe dūi verba ter. in corpe hoc non dicunt, ſed dicunt, viro inchoāte male vti ſubſtātia ſua. Et inter iſta verba eſt magna diuerſitas, vt l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim. ¶¶Ultimo hec auth. inducitur in argu. ad q̄
4 ſtionem, vt ſi pater dedit pecuniam filio a p̄z emendis libris, z
a ipſe luſit vel meretricatus eſt, vel quod peius eſt, decoxit. nō q̄rit,
b nunquid iſta pecunia ſic conſumpta veniat in collationem, vt ſit
b in parte ſuā cōputetur? Iſte ter. eſt in arg. quod ſic, q̄ cum poteſt imputari mulieri, que paſſa eſt dotem conſumi, computatur in partē ſuā, ergo q̄ pōt imputari filio, qui illam pecuniam conſumpſit, videtur quod ſibi computari debeat in collationem.

ADDITIONES.

tur, interrumpi prescriptionem per nuncium, est verum, si de ci
tatione fit relatio iudici, ⁊ redigatur in scriptis. Et istud dictum
dicebat se audiuisse a domino Bald. qui allegat Buliel. hoc te
nuisse, ⁊ dicit Bal. in quodam repertorio super Inno. qđ prescri
ptiones, que sunt mere odiose interrumpuntur per solā citatio
nem. l. sicut. §. eo. nisi citatio secū nō poterit trahere suū effectum.
vt quia circunducatur propter contumaciā actoris, tūc enim est
perempta citatio, qz non constat ex suis partibus, sed est in causa
caduci. Allegat Buliel. in dicta l. sicut. ⁊ facit qđ not. i l. pater. sus
pra, ne de statu defun. ⁊ in auth. offeratur. §. de lit. contest. ⁊ idem
Bal. in l. ij. de eo per quē fac. erit ⁊ in l. ⁊ post edictū. de iudi. Sed
an propter exceptionem obiectam perpetuetur actio, vide Bar.
in l. omnes. de regu. iur. Et de hac q. de qua hic, vide Ang. in l. si
cut, in prin. §. eod. ⁊ vide que hic post Bal. circa interruptionem,
que fit per litis contest. Item casum adde, in quo quelibet inter
ruptio, etiam extraiudicialiter perpetuat actionē, puta si tēpus
sit appositū causa limitāde obligationis, ⁊ ex hoc conuenit pro
tanto. Ita dicit Paul. de Castr. in l. eū qui ita. de verb. obli. per
ter. in l. si mandato. §. ille. ff. mand. Adde huic apostille Bar. cons.
ciij. vij. j. volu. inci. in Christi nomine, proponitur, vbi videtur vel
le quod sola citatio nō sufficiat ad interrumpendum prescriptio
nem. licet appareat de relatione, nisi statutum diceret, qđ relatio
in nuncū stetur, tunc licet non appareat de commissione iudicis,
quia presumitur pro officiali, dicit citationem interrumpere pre
scriptio. licet etiam esset generalis, ⁊ indiscreta. Et an ex legato
debiti interrumpatur prescriptio, vide Bal. consil. cxxv. iij. volu.
b ¶ Querit gl. quando prescriptio. Vide Bar. ⁊ Mod. in l. edicto.
ff. de eo per quem factum erit.
c ¶ Statuto cauetur, per decennium, ⁊c. An si per solam citatio
nem perpetuetur? an illu ꝺ statutum valeat, vide Bar. in l. sequi
tur. §. si viam. ff. de vsuc. ⁊ de questione per Bal. in q. statuto caue
tur qđ feneratoꝛ, in fi. ⁊c. ⁊ per bar. i l. is qui repu. circa fi. ff. quib.
ex cau. ma. ⁊ facit l. si is qui pro empt. cū ibi not. per Bar. ff. de vs
suc. ⁊ idem tenet quod hic bart. an l. fi. in prin. de eo per quem fac.
erit, ⁊ Bug. ⁊ Imol. in l. si seruū. §. sequitur. de verb. obli. ⁊ Salic.
in l. fin. §. cod. Adde an stante predicto statuto, si contra aliquem
de restituendo grauatum ecclesie sit prescriptū vigoꝛe talis sta
tuti, an ecclesie erit preiudicium, vide Pet. de Anch. consi. cclx.
* CLAV. DE SEISS. ¶ Prescriptionē. Itē ipse creditoꝛ ꝓuis
bñ fidei acciperet rē alienā pignoꝛi, credēs eā esse debitoꝛis, nūq
q̄ pōt ꝓscribere ius hypothece. vt ꝺ. not. bal. i l. si siue. §. ad vellei.
d ¶ Quero vtrum. Utrum creditoꝛ possideat pignus. Adde per
gl. ⁊ doc. in l. sciēdum. §. creditoꝛ. ff. qui satisd. cog. Et videtur qđ
si loquamur respectu ipsius pignoꝛis. creditoꝛ possidet ciuiliter,
⁊ naturaliter, quod patet, qz ei competit seruiana, seu hypotheca
ria, que possessionem auocat, in l. cum venditoꝛ. de euic. lecus si re
spectu domini. l. si vendidero. §. cum autē. de furtis, ⁊ l. si mulier.
§. in possess. quod met. cau, sed repꝛesentat imaginem debitoꝛis, vt
hic. ⁊ vide Bal. pro hoc vide l. j. ⁊ ij. §. si aduersus creditoꝛem.
e ¶ Quero, vtrū iuri offerendi. An iuri offerēdi, vel facultati, pre
scribi possit? qđ facit an iuri adeundi, ⁊c. si quis sit quedam facul
tas secundum quosdā, vt Sali. ⁊ Bal. in l. pignoꝛi. ff. de vsuc. Et
adde qđ quādo in pignoꝛibus est appositum pactum legis com
missoꝛie, tunc o. dic creditoꝛis iuri offerēdi nō prescribit. Ita sin
gulariter no. ter. ⁊ bal. i eo. §. de feu. dato in vicē l. cōmissoꝛie. licet
aliqui, vt ipse refert, apponāt illū ter. aliter, qui dicūt q̄ prescribi
tur iuri offerēdi xxx. annis, si creditoꝛ est in pos. Sz si debitoꝛ est
in possessione ⁊ cōueniatur hypothecaria, iuri offerēdi nūquam
prescribitur. l. pure. §. fin. ff. de doli. exce. Alii dicunt aliter, vt ibi,
etiam per bal. dicit etiā Inn. in c. nō est consue. in vj. qđ illa, que
sunt in mera volūtate nō sunt prescriptibilia, vic vt ibi per eum.
Faciunt ad hec, que no. gl. in l. fi. de anna. excep. vbi arbitrio non
prescribitur, secundum bal. in l. petēs. §. de pact. vbi etiā dicit, qđ
stipulationi nō liquide vnquam prescribitur. Ad questionē bar.
hic vide per Moder. in §. actionum. Instit. de actio. Adde huic
apostille Bal. consi. xiij. primo volu. P. PAV. P. ¶ Offerendi. Ely
de Ang. consi. lv. inci. Buliel. vide quoddam consilium Frā. post
consi. Ang. incip. diligenter. ⁊ consi. sequen. Bart. inci. In Chris
sti Saluatoꝛis nostri nomine, vide Berta. in versi. prescriptio. vi
de Bal. in c. j. de feud. da. in vi. l. commisso. ⁊ in c. fi. ad fi. eod. citu. ⁊
in c. j. §. pozro. qualiter olim feud. ali. vide pro limitatione regule,
quod facultati nunquam prescribitur. Ang. in d. consi. de quo ha
bes ad bar. in l. licet. C. de iure delib. Itē an facultati seu iuri de
clarandi aliquid prescribatur, vide Jas. in l. petens. C. de pac. vide
quomodo facultati seu iuri declarādi aliquid prescribatur, vide
Jas. in l. petens. C. de pact. Are. in l. ij. ⁊ iij. de acqui. hered. Et om
nino in ca. cum accessissent. de cōsti. vide qđ iuri offerēdi nō pre
scribatur. de quo p bart. hic ⁊ in l. pignoꝛi. ff. de vsuc. vbi assignat
pulchꝛam rationē, vide etiā Aret. in §. actionum. Inst. de actio
de Petr. Aluar. in repe. §. si pac. ⁊ in l. rescriptum. de pac. Item
iuri offerendi vel implendi conditionē potestatiuā prescꝛitur.
vide Are. in l. quandiu, vlt. de acqui. her. ⁊ dum supra dicitur de
iure offerendi in pacto de retrouendendo, de quo loquitur Ang
gel. in cons. lv. etiam vide que habes ad Barto. in l. j. ff. de vsucap.
f P. PAV. P. ¶ Habet i². Vide de hoc ad bar. il. j. §. si aduer. ere.
* CLAV. DE SEISS. ¶ Ista facultas. In Ivium vide bal.
in c. pastoꝛalis. de offi. ordi. Sz idem Bal. ⁊ istā opinionē bar. in
rub. de consti. ⁊ vide ad materiā aliquid per Aret. in l. iij. ad fi. ff.
de acqui. posses.

1 **§. Illud autem.** † In obligationibus * in diem,
* vel sub conditione incipit currere tempus adueniente die, vel conditione, ⁊ per possessionē rei
a obligate, per secundam cautionē, vel debiti agnitionem. fit interruptio prescriptionis. h. d. Bloss. hic querit, quot sunt modi, ⁊ de effectu interruptionis, de qua feci tibi vnam petitionem in l. naturaliter. ff. de vsuc. ⁊ ibi vide, ⁊ not. hanc glossam

ADDITIONES.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ In obligationibus. Istud limita vt p Jmo. in l. qui bis idē. de verb. obl. ⁊ vide Mey. in l. cire debe
mus. §. si a fure. in ij. col. eo. tit.
a P. PAV. P. ¶ Vel conditione. Vide Areti. in l. quandiu, vlti. de acquir. heredita.
1 ☞ In obligationibus annuis, vel menstruis a quo tempore in
cipiat prescriptio currere, ⁊ num. 2.

a **§. In his etiam.** [a] In obligationib⁹ annuis, men
struis, non initiū obligationis,
1 sed initiū tpis, in quo obligatio cessat, inspicitur. h. d. Quero, ⁊
renoco in dubium, in obligationibus istis annuis, vel mēstruis,
a quo tempoze incipiat currere prescriptio. In hoc sunt tres al
quatuoꝛ opiniones, vna est qđ a die cessationis incipiat currere
pro illo anno, in quo est cessatū, in secūdo, pro secūdo, in tertio p
tertio, ⁊ sic de singulis, ⁊ sic quot sunt prestationes, tot sunt ips
qz ab initio, quo cepit cessare, incipit currere pro toto tpoze se
sequētibus annis. Alia est q̄ omnium annoꝛum currat a tem
pore quo est cessatum. Tertia qđ distinguitur, ⁊ ista est opinio
⁊ glo. etiam, qđ ista opinio secunda sit vera in stipulationibus
pulatio annua sit vna pro toto tempoze, in legatis vero vera
precedēs opinio, qz quot sunt anni, tot legata. Docto. virorum
tami repꝛehendunt hanc opinionem. Nam Iz stipulatio annua
vna, tamen constat quod pro sequētibus annis est in diem, exp
anteldiem non currit prescriptio pro annis sequētibus, vt ff. eo.
b l. §. illud. Ego volens[b] sustinere opinio. glo. nostre dico, qđ Iz pro
annis sequentibus obligatio sit in dié, tamen qz pro eo qđ est de
presenti, potest agi etiam de futuro, vt l. j. §. de fideic. ⁊ dixi ff. eo.
male agitur. in fi. qđ currit prescriptio pro toto tempoze. sicut p
toto tēpoze potest agere. Nec obstat §. illud qz ibi loquit de obli
gatione in dié, q̄ non poterit statim agi, in legatis vero dico qđ
q̄ gl. qz cum ante diem non sit nata actio, non potest tolli. Sed
ponereꝭ ante diem natam actionem, sed executionem esse sus
vt §. qñ di. le. ce. l. ex his. ⁊ ff. qñ dies leg. ce. l. si cū presentium
dico idem in legatis, qđ in stipulationibus, ⁊ ita pōt intelligi.

ADDITIO.

a ¶ In his etiaz promissionibus. Vide quod no. Bar. in l. in tra
annos, qui. mod. vsuf. ami. latius in l. de pupillo. §. si pupilꝰ qđ
gl. ibi, de ope. no. nun. ⁊ qđ no. bald. in c. §. inter partes. §. j. de legi
cō. vide per Spe. in ti. de loca. §. nunc aliqua. ver. cxij. ⁊ Anan. in
Stichum. §. stipulatio. de verb. obl. vbi limitat ista procedere ni
si in

si in promissione annua est adiectum distributiuum, quia tunc sunt plures. Et in legatis limita notabiliter per Bal. in l. j. ad fin. in ver. modo quero. j. de sent. que sine certa quantit.

b P. PAV. P. ¶ Ego volens. Vide Alexand. late in l. de pupillo. §. de pluribus. de ope. no. nun. z alios post Bart. ibi vide Fel. in c. auditis. de prescrip. post Abb. ibi vide Barb. late consil. lix. volu. iii. in j. dub. vbi loquitur in statuto inducente prescriptionem per decem annos vel viginti, z in secundo dubio ponit an per solutionem factam alicui annis precedentibus sit perpetua actio ista, vt talis prescriptio locum habere non possit.

c **§. Nulla scilicet danda.** [a]Emphiteuta, [*]vt colonus, nullo tempore prescribit. hoc dicit. Idem dicit. l. male agitur. §. eod.

ADDITIO.

a ¶ Nulla scilicet, danda. Adde l. neque. z ibi Bald. §. de vsufruc. z Bart. in l. competit. §. eodem.

LEX VIII.

Iquis. [a]†Per prescriptionem longi temporis [*]queritur ius vendicandi, idem per prescriptionem longissimi temporis bona fide factam, sed male fidei possessor solam exceptionem acquirit. † Item violentus inuasor non potest reierre questionem dominij. hoc dicit vsq; ad [*]sed z si quis. No. istum ver*. sed hec contra. super verbo, iste quia nescio alibi, z singularis est. Tene menti hanc legem, quia tota ista lex est singularis, z notabilis. z distingue vt tex. dicit.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ Si quis. Hoc procedit in violento, nō in clandestino. Casus est sing. in l. si de eo. §. fin. ff. de acquirend. poss.

P. PAV. P. ¶ Si quis. Ar requiratur decretum vel vtile dominium. vide latissime Fel. in rub. extra. de prescrip. vide etiam que habes ad Bart. in l. fi. §. de presc. long. temp. z in auth. nisi trienale de bonis mater. Item quod dominium acquiratur, vide Ja. in l. traditionibus. C. de pact. z in l. iij. §. iij. de verbo. obli. z ibi etiam an habeat locum contra heredem.

CLAVD. DE SEISS. ¶ Ho. istum ver. Istuz tex. dum dicit q agenti interdicto vnde vi nō obstat exceptio dominij, limita z intellige vt per Alex. post alios in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss.

a **§ Sed si quis.** [a]In reali, ille contra quem est facta missio ex primo decreto, eam recuperat intra annum, post annum nō auditur, nisi de proprietate. [*]hoc dicit.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ Sed z si quis. Hoc verū nisi primo latitauit, secundum gl. mirabilē coniunctā cum l. si priusquam. de ope. no. nū. vbi alia singularis limitatio datur ad hūc §. qō nō audiatur intra annū ad renouationē cautiōis sic missionis ex primo decreto, que est modici pretij dicit. ¶ Sed z si qs. De intellectu huius singularis versi. vide que no. bar. in l. sciendum. in prin. ff. sol. mat. z Jun. in c. ad aures. de presc. z bal. in l. si quis ad se. in ij. not. j. ad l. Jul. de vi. vide qs dixi in l. fin. in prin. ff. de eo per quē fac. erit bal. in l. ij. in vers. ij. quero. de serui. z aqua, z in l. vis eius. C. & proba. z Alex. in l. naturaliter. §. nihil cōmune. de acqui. pos.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Proprietate. Istud vltimum limita vt colligit Alex. post alios in l. si prius. ff. de oper. no. nuntiat. ex verbis glo. z Bar. ibi.

LEX IX.

Epe. [*]Per litis contestationem actio in xl. annis perpetuatur*. hoc dicit.

ADDITIO.

a CLAVD. DE SEISS. ¶ Perpetuatur. Istud est verum nisi actor malitiose litē prosequi distulisset. Nam tunc nec actio perpetuatur, nec prescriptio interrumpitur. ita dicit gl. notab. in c. plaeuit. §. potest. xv. q. ij. Item istud quod hic dicitur in tex. habet etiam locum quando iuratū est, vt est tex. in l. nam z postea. §. si is qui. de iureiu. vbi Bar. z doc. ponunt singularem cautelam, qō contractu durat semper xl. annis. scilicet quod deferatur iuramentum inter contrahentes. Item adde quod si reus dilatet per eum stat quominus lis contestatur, habetur pro contestata quantum ad effectum perpetuationis, vt dicit Paul. de Ca. in l. si cum §. qui iniuriarum ff. si quis cautio. z ibi plene per Alex. Itē ad idem quod primo loco notaui vide Bar. z doc. post. gl. in l. cuz mora. §. de transac. z quod scriptum est post Bar. in l. cū lite mora. ff. sud. fol. Nunquid autem percapturam z sic per citationem realem interrumpatur prescriptio sicut per verbalem, vide Ang. Are. in quodam suo cons. quod est insertum iurer consilia Alex. in cons. xxxvij. vol. ij. Item nunqui ista lex habeat locum stante statuto quod si debitor non petierit intra decem annos, nō audiatur postea, seu priuetur iure suo vide alex. in l. si quis priore. ff. ad Trebellia.

De annali exceptione. Rubr. XL.

LEX I.

1 ¶ Si prescriptio fuerit interrupta per inundationem, cessante inundatione bonefidei possessor prescribens non restituitur in integrum. z nume. z.

3 Actio cōmuni diuidendo. z fami. erci. nascit ex quasi contractu.

4 An actionibus communi diuidendo. z famil. erci. prescribatur.

5 Quando nascatur actio pro socio. pignoratitia z depositi.

a **Super annali.** [a]†Exceptiōe annali sublata omnes psonales a-
1 ctiones triginta annorū spatio tolluntur. nisi sup his lis fuerit contestata. hypothecaria vero quadraginta ann. z illi qui non potest agere, [b]non currit prescriptio [c]. hoc di-
b c cit. Dicitur. hic. qō omnes actiones personales tolluntur xxx. an. excepta hypothecaria. contra. §. tit. j. l. omnes. Solu. Fateor qō sunt aliqui casus in quibus prescriptio xl. ann. habeat locum. vt in l. contraria. z qō no. in duabus legibus sequentibus ad illam.

b Circa hanc l. [d]formant gl. multas questiones †quero, quid si bone
2 fidei possessor prescribens pdidit possessionē per inundationem. z sic fuerit interrupta prescriptio, an in integrū restituatur in ūdatione cessante. Bl. determinat qō non. z bene. q. non debet quis restitui ad lucrū faciendū cū aliena iactura. vt l. sciendū. ff. ex quibus causis ma. de furtis. l. si is qui. Unde qō finis istius glos. que
3 dicit, sed arguitur contra. &c. Illud est verū. †Quero, vnde nascatur actio cōmuni diuidendo z familie erciscun. Mar. dicebat q
c 4 ex volūtate. Bl. ex quasi cōtractu. ista est vera. Quero, †vtrū illis
f actionibus prescribatur [f]. Mar. dicit qō demum ei prescribitur, qui non possidet. Bl. videtur dicere cōtra. z sic. si ego steti in communione tecū xxx. annis, nō potero agere cōtra te, vt dividam [g], scōm gl. Doct. moder. sunt in cōtraria opi. Tā donec stamus in cōmunione. z si simul possidemus, vnus aliū recognoscit in socū z sic cessat prescriptio. vt §. tit. pri. l. cum notissimi. §. sed z si quis. Preterea actio cōmuni diuidūdo. z familie erci. cōpetit etiam ratione doli vel culpe. sz nō est dubiū. qō ea die qua tu vis dividere, committis dolū, ergo eadē die nascetur ista actio. z ei nō esset prescriptū. z istud doctores cōmuniter tenent. Quero †quādo nascatur actio pro socio. Bl. pōit hic. Dic vt. l. eo ruptionē. §. de vsuf. z §. pro socio. tandiu. Quero, †qd de pignoratitia actiōe. Dic vt
5 in l. si rē. §. omnis. ff. de pignoratitia actiōe. Quero †qd de actiōe
6 7 depositi. dic vt in l. si stipulatus sum mihi. §. j. ff. de sol. z ibi plene per me.

ADDITIO.

a ¶ Super annali. Qualiter intelligas hec regu. nō valenti agere, non currit prescriptio vide notabiliter Bar. in l. Senat. [h]. de offic. presi. z Bal. in l. in rebus. de iur. dotium.

b P. PAV. P. ¶ Potest agere. Vide que habes post bar. z Alex. in l. senatusconsul. ff. de offic. presi. z bar. vbi habes. quid si qs impeditus facto suo.

c ¶ Non currit prescriptio. Intellige est impedimentū iuris. secus si facti. q. tunc currit prescriptio. Ita dicit bal. in l. j. in xxij. opp. §. qui admit. allega. iura. que vide per eū in xxiij. z xxiij. oppo. Et primam limitationem sequitur Bart. in l. j. §. si quis autem. ff. de itine. actuq; priua.

b ¶ Circa hanc l. z an quis restituatur propter impedimentū facti, vide Bal. z Ang. in l. sicut. z qō ibi dixi. §. eo. z bal. in l. rebus. §. de iure dotium.

e ¶ Nascatur actio communi diui. Vide qō not. in l. si non sortem. §. si certum. ff. de cond. inde. Et adde similem glo. in l. fi. §. communi dividun. z Bal. in l. fin. §. finium regun. tenent idem q Barto. hic, z vide per Mod. in §. quedam. Justi. de ac. z Jo. an. in addi. tio. Spec. in tit. de iudic. in quarta parte. in §. sequitur. in addi. one que incipit. in §. ad hec, &c.

f P. PAV. P. ¶ Actionibus prescribat. Adde tamen q in casu in quo prescribitur xxx. anno. istud fallit in feudis. vide Rom. sing. ccccc xxviij. incip. actione communi diuid.

LEX II.

a **Vt perfectius.** [a]Si possessor prescribēs est absens, vel furiosus, vel infans, vel in potestate positus, pōt ei fieri interruptio prescriptionis. p denunciationem factam presidi, vel episc. h. d. aduerte. qz hec tota lex loquitur in reali. Opp. vsucapio triennij. z prescriptio longi temporis. non interrumpitur, nisi per litis contestationē. vt l. si post acceptū. ff. de rei ven. Sol. Corrigitur in quatuor casibus hic expressis in alijs remanent iura antiqua. in correcta. Querit, an per hanc legē tollatur beneficiuz restitutionis. q. in istis quatuor casibus competit. Dic vt in gl. que dicit q non. Idem no. in l. Julianus. ex quibus causis maio.

ADDITIO.

a ¶ Ut perfectius. Vide ad legem istam, que habentur per doctores ꝛ Barto. in l. de pupillo. §. si quis ipsi, ff. de oper. noui. nũciat. ꝛ in l. non solum §. morte. eodem titu lo. Et hanc legem limita per gloss. sing. ꝛ ibi Bartol. in l. cum heredi. ff. ad Trebellia. ꝛ Bald. ꝛ Angel. hic, in princip.

LEX III.

5 ¶ Faciens aliquem citari generaliter, hoc modo vt veniat ei respõsurus de iure non interrumpit prescriptionem.

1 Lex multis. Hec est sing. lex. † Citatio facta, seu libellus, sup vna summa, vel super obligatione, non expressa causa, vel summa, sufficit ad interrumpendum omnem prescriptionem, que sub illa
a lius petitionis generalitate a potest cõprehẽdi, h. d. notabilis, ꝛ singularis lex. Not. q̃ procedit † libellus si exprimatur quantitas, licet non exprimatur causa. Secundo not. procedere libellum, lli
b cet nõ exprimatur quãtitas b neque causa, si tamen simpliciter dicam aduersariũ mihi obnoxium. Tertio not. † q̃s qui in persona
3 lẽ libellũ generaliter producit, videtur omne ius suũ in iudicio deduxisse. Hodie multũ clare est declaratum per text. c. abbate sane,
4 de re iud. libr. vj. Ulti. nũ. † q̃s generalis petitio sufficit ad interrumpendum prescriptionẽ in omnibus, que sub illa generalitate
c comprehenduntur. Oppo. q̃s talis libellus incertus c non debet admitti, q̃ per eum non redditur certus aduersarius, an velit cedere, vel concedere. Sol. Fateor quod non debet procedere. do nec declaretur, tamen quãtũ ad interrumpendã prescriptionẽ
d sufficit, vt hac lege. Querit gl. d quid si quãtitates essent diuerse, vt puta, ex vna causa decẽ, ex alia xx. ꝛ ex alia xxx. ꝛc. tũc die vt in
5 gl. ¶ Quero. † pone aliquis fecit aliquẽ citari gñaliter vt veniret ei respõsurus de iure, vtrum sufficiat hoc ad interrumpendam prescriptionem. Puto q̃s non, quia necesse est quod dicat quãtitatem sibi debitam, vel eũ dicat sibi obligatum. Vide de hoc saltem debet esse certus reus, vtrũ agatur personali, vel in rem, vel vtrum agatur de quantitate, vel de specie, vt ex hac l. colligitur.

ADDITIO.

a ¶ Generalitate. Adde tamen, q̃s non procedit libellus generalis productus coram aliquo, cui attributa est iurisdictio, in certo ꝛ determinato casu, q̃ non procedit libellus coram eo productus, nisi in eo fiat specificata mẽtio de illa qualitate iurisdictionis. Et ita consuluit Auge. in consilio, data est sentẽtia ꝛ tenet Joã. An. in cap. cum sit generale. de foro cõpe. ꝛ dixit Bal. in l. edita. ꝛ libellus generalis cõcludit iudici, dũmodo probationes sint specifice. Et adde i materia que dixi ff. de rei vẽdicatio. l. j. §. armenta. ꝛ etiam executio instrumẽti generaliter petita valet, vt hic secundum Bal. in l. age cũ Beminano. supra. de transactio. ꝛ quod dicitur libellum defectiuũ nõ procedere vbi opponatur, intelligo, lite non contest. secundũ Bal. in l. exceptionem. ã. de probationibus. Et ista lex nõ procedit in criminalibus. secundum Bal. in l. j. de conf. ſ. ꝛ vide not. per Jac. de Belui. in disputatione, quã ponit in l. fin. j. de requi. reis. ꝛ hac l. no. in l. edita. circa princi. ã. de edend. ꝛ habetur in capit. ij. de lib. ob. Vide Bald. in i. per hanc. C. de tẽporibus appellationũ. l. cum quidam. vbi est, post eum. de fideicom. lib. ℨ quid si libellus est incertus, per relationẽ ad aliud vt puta, petijt q̃ sibi debetur ex testamento, an debeat admitti. Paulus de Castr. q̃ non, si est oppositum. Ita dicit ipse in l. v. §. si iudex. ff. de re iud. Sed q̃ si dico, peto omnes res meas, quas possides, vide Bar. in l. rei appellatione. ff. de verbo. significa. ꝛ Paulũ de Castr. in dicto §. si iudex. vbi dicit illud, q̃ libellus incert? non valet, si opponatur, est verũ in re principaliter petita, secus in accessoriis, vt puta, peto domũ cum massaritijs, vel funduin cum fructibus. Allegat Bar. in l. iij. §. armamẽta. de rei vendi. ꝛ ibi per eum. ꝛ vide Cyn. ꝛ Bal. C. de secũ. nup. l. j. seu authen. ibi posita, ꝛ ibi querunt, nũquid procedit libellus, peto castrum cũ suis pertinentijs. Itẽ valet iste libellus, dico te esse meũ consanguineum. licet non exprimã gradum cõsanguinitatis. Est tex. in cap. series. de testa. dicit tamen Specu. in tit. de lib. cõcep. §. fina. ver. caueat. q̃ si quis opponit non esse procedendum in causa, quia libellus est obscurus, quod tunc iudex debet libellũ reijcere. Probatur in capi. fin. de lib. ob. Et istud ibi voluit Aut. de Butri. secus si petitur declarari, quia tunc potest super tali libello procedi. ꝛ est declarandus, ꝛ ita intelligit ipse. Et vtrum libellus incertus procedat, quando incertitudo pendet a tertio, vide in l. vbi autem non apparet. §. an illud. de verb. obliga. Ad primum dictũ vide Alex. in l. j. ff. de edend. An iudex officio suo possit petere sibi declarari, vide post Bar. in l. iij. §. hoc autem. ff. de damno infecto. Et hanc limita non habere locum in criminalibus, nam? ꝛ si non opponatur, non valet. l. libellorũ. in prin. iũcto ver. q̃ si libelli. ꝛ ibi Bar. ff. de accu. ꝛ Alexand. in l. j. ff. de edẽn. Item valet rescriptũ incertum, in nomine rei, vt voluit Jo. And. in addi. Specu. in tit. de cita. §. j. verſicu. quid si ego. Et in citatorio debet post exprimi. vide Moder. in ca. cõsuluit. de offic. delega. ꝛ istũ tex. qui loquitur in actione generali. q̃s nõ procedat ad exceptionẽ, vide Bar. in l. j. §. Labeo. ff. de stu. Adde de libello generali Bald. consi. xiij. xiij. volumi. De incerta ratione rei. ꝛ quãtitatis. ꝛ quando a iudice sit lacerandus, vide etiam Bald. consi. cxj. j. volumine.

b P. P. A. V. P. ¶ Exprimatur quantitas. Extende istã regu. quod procedit libellus incertus parte non opponente, vt procedat etiã si libellus non excludatur de iure cõmuni vel municipali, sed foro competenti. Itẽ dtos casus in quib. non procedit libellus generalis, etiam parte non opponente, vide per Alex. cõsi. cccxcvij. an autem in executiuis, ꝛ in quib? proceditur sine figura iudicij procedat libellus incertus seu petitio seu preceptũ, vide omnino que habes addita in Bertachi. versi. clausula rescriptorum. ꝛ in versicu. sine figura iudicij. vbi multa habes Item multos casus in quibus procedit libellus generalis. ꝛ de regu. huius l. de Jaſ. in l. j. in prin. ff. de edẽd. Item quo? d possit iudex etiã parte non petente cogere actorem declarare libellum suum. ꝛ similiter reum declarare exceptiones, vide Jaſo. in l. age. in iti. not. C. de transactio. Item quod si opponatur partem non posse sequi sententiam suam, licet declararetur, secus si petatur declarari vide Socin. in l. edita. ꝛ Jaſo. ibi in ij. not. vide ad reg. etiam proxi. tione Dec. in cap. Dilecte. de iudic. vide late Felin. in cap. i. de libel. obla. vbi etiam quid in criminalibus.

c ¶ Incertus. An libellus incertus procedat, vide Bar. in l. edita, supra, de edend. ꝛ ibi Bar. in primo. genere cumulationis. vi de Bar. ꝛ ibi gloſſ. in l. j. in princi. de oper. noui. nuncia.

d ¶ Querit glo. An autem libellus sit nullus, licet generalis, vide gl. not. ibi debebit. in l. si rem. ff. de rei vendica. ꝛ ibi hoc tenet Jacob. Butri. videlicet quod sit nullus. ꝛ ibi vide Angel. ꝛ respõd. huic legi. q̃ hic loquitur de libello captatorio. ad interrumpendam prescri. sed cõtra. est verum quod tenet Specu. in tit. de instrũ. incit necessitatem. §. de seruitu. versi. quid si libellus est de elect. ꝛ in cap. de ordi. cog. Inn. in c. j. de libel. oblatione. Andr. Barb.

Quomodo & quando iudex sententiam proferre debeat. Rubr. XLIII.

¶ Hec rubrica continuatur per gl. vel aliter. Quedam sunt solemnitates, que precedunt sententiam, quedam requiruntur in ipso actu sententie, quedam sequuntur post sententiam. De primo loquitur iste tit. De secundo. j. titu. proxi. De tertio infra de execptio. rei iudicate.

LEX I.

1 ℨ Negatio proposita signo vniuersali facit equipollere cõtradictorio suo. ꝛ nu. 2.

3 Judex an ꝛ quando cogatur pronunciare contra absentẽ. ꝛ nume. §. 6.

4 Subscriptio principis probat quando redacta est in corpe ris, alias secus.

5 Judex male iudicans facit litem suam.

7 a Verbum solere, in quot vicibus verificetur, ꝛ an inducat necessitatem. ꝛ nu. 8.

a * Non semper. a † Quicquid iudicis prudentia committit, necessitati aliter non
citur. h. d. vel aliter. Verbũ solere in his, que habent
nem diffo rmem, non inducit necessitatem. h. d. Diuide. q̃ primo
ponit solutionem questionis tacite intellecte. Secũdo ponit mẽ
oziebatur dubiũ questionis. Tertio ei respondet vel illud solui.
Secunda ibi propter subscriptionem. Tertia ibi sic enim. ¶ Hoc
q̃ dixi in summario. concor. l. quicquid. ff. de iudi. Secũdo not. q̃
b verbum, solere, non importat necessitatẽ. ¶ Tertio no. q̃ dicit
2 non semper, coniuncto cum gl. † q̃s negatio prepõsita signo vniuersali, facit equipollere contradictorio suo. Simile habes in li gitimos. §. an ergo. ff. de leg. tuto. ꝛ l. in bello. §. j. de ca. ꝛ posti.
3 uer. Venio ad contraria, ꝛ oppo. † q̃s iudex cogatur pronunciare contra absentẽ, vt ã. de iud. l. properãdũ. §. finante ex glo. ibi Dicit glo. hec lex potest intelligi in reo absente. ꝛ tunc dicitur semper, ponit casualiter, sed temporaliter. q. d. illum non cogetur, puta si contra reum absentem liquet de cã. secus non liquet. vt hic. ꝛ l. contraria. Potest etiam intelligi in actore absentẽ, ꝛ tunc non semper ponitur casualiter, vel temporaliter. Limiliter eo modo quo ã. compellitur enim quando de cã liquet contra absentẽ. ꝛ secus si nõ liquet. Temporaliter. q̃ compellitur solum iuxta finem triẽnij. ꝛ non ante, vt l. properandũ. §. j. ã. de iud. ꝛ ibi not. Opp. de l. absentem. ff. de pe. Sol. glo. hic loquit in civilibus, vbi in criminalibus, in quib. distinguit, an pena sit maior relegationis, vel?

vel ſ. vt ibi, & l. ſeruum quoque. ſ. publice. ff. de procura. Oppo. tertio & videtur qđ ſubſcriptio principis nõ probet, vt ſ. de le. ij. cij. Reſpo. Hic loqtur qñ redacta eſt ſubſcriptio in corpore iuris quia tũc probat. alias ſecus. Extra gl. recitabat domi. Jac. Bu. gloſ. l. ſepe. de officio pꝛeſid. ſed eã omitto. ¶ Venio ad quedam alia dicit hic & iudex quãdoque cõpellitur iudicare quero per quem compellitur iudicare. Reſpond. quedã eſt cõpulſio propꝛie verecundie. eſt enim ſibi verecundia ſi nõ facit qđ debet, & de hoc loquitur l. Quint. ff. mãdat. & l. pecunie. ff. de aliment. & cibar. lega. Quedam eſt compulſio vera. que afficit perſonam, & ſic dico quod cõpellitur per ſuperiorem, impoſita pena, ſi neglexerit. De hoc habetis rubꝛi. ſpecialem, vt diffe. iudices. ſ. primo in princi. pio. Quedã eſt alia compulſio cauſatiua, ſi enim iudex non iudicat, tenetur parti ad intereſſe. Non dico qđ faciat litẽ ſuã, quia illud habet locũ in iudice male iudicante, nõ negligente. Item loquitur Inſtitut. de obligationib. que ex quaſi delictis naſcũtur. in pꝛinc. & l. ex maleficijs. ſ. ſi iudex. de actionib. & obligation. & de pœnis, & extraor. cog. l. vlti. & de iud. l. ſi filius. Sed cõtra negligẽ imꝛodita ſunt remedia in caſibus ſpecialib. vt videbitis vnum & mãcipia. de ſer. fugi. alia in l. ſi quando. ſupra de teſt. & l. ppe. mdum. ſ. ſinautẽ vtraque. ſ. de iudic. de magiſtrat. conue. & per etum tit. de dam. infe. l. iij. ſ. in cũ. ¶ Quero ſcdo. dicitur hic ſolere, quot vicibus inducatur iſtud ſolere, nunquã fui bene clarus de iſto verbo conſuetũ eſt, vel vſitatus eſt determinatum in l. de quibus. ff. de legib. & infra. que ſit longa cõſuetudo. Sed iſtud ſolitum eſt, vel ſolere. eſt nomẽ vniuerſale, qđ verificatur ex vno actu tantum Ter. eſt in l. Adela. ſ. j. de ali. & cib. lega. quod tenementi. ¶ Quero, & reuoco in dubium vtrũ verbũ, ſolere, pꝛoꝛa tum alegeinducat neceſſitatem, vel non, breuiter quãdoque verbum ſolet. ſi induceret neceſſitatem a lege incideremus in contrarietatẽ. & tunc exponitur ſolet. id eſt poteſt, vt l. poſt. edictũ. ff. de iudi. Si vero in contrarietatem non incideremus, & tũc aut illud cui adijcitur, habet rationẽ vniformem in qnolibet ſui caſu. & inducit neceſſitatem. vt not. ff. de ali. & cibꝛa. lega. l. j. & ne quid in loco public. l. ij. ſ. merito. Si vero habet diffformẽ tunc exponitur, ſolet, id eſt. poteſt. Hic eſt caſus hic. nã in quolibet caſu abſentie, non eſt eadem ratio, vt ex pꝛedictis apparet.

ADDITIO.

a ¶ Non ſemper. Vide cum Bar. in l. qđ iuſſit. de re iudica. vnum dixit ſingulariter bal. in l. Gallus. in pꝛin. de libe. & poſthu. & ibi l. vel ſtatutum pꝛocedit dando formam, vel regulam que importat neceſſitatem per illũ ter. vide facit ad ſtatuta diſponentia. qđ poteſtas poſſit inquirere de maleficijs, q tenetur hic facere. alias puniatur. quod non videtur verum, vt l. non quicquid. ff. de iudi. & ibi expreſſe Ange. videtur tenere contrarium, non obſt. text. quia ibi non inducitur per illum tex. ſed per alias leges.

P. P. A. V. P. ¶ Non ſemper. Iſta lex vnum dicit ſingulariter, ſed contrarium dicit Bart. in conſ. vij. incip. viſo cõpromiſſo. & refert Bal. dicere contrarium, & ita ipſe tenet, & vide ibi in ſubſcriptione fulg. vbi vult vnum ſingulare pro limitatione in l. non quicqd. & in hac l. quod quando aliquid committitur poteſtati iudicis, vel arbitri qui alias tenebatur facere. illa verba inducunt, vt intelligatur remiſſa neceſſitas. alias talia verba nihil operarentur vide ibi per eum. vide etiam eundem com. in conſi. lxviij. incip. in preſenti queſt. ante fin. vbi ſing. vult. allegando etiam Bal. in dicta l. Gallus. quod quãdo iudex ex poteſtate ſibi attributa a lege vel a principe non arctatur. tamen negari non poteſt ipſum errare ſi mentẽ ſtatuti diligenter non obſeruaret, ſuppoſita enim poteſtate. ſequitur neceſſitas dicendi. &c. vt ibi per eum not. & vide eundem conſi. clxviij. incip. venerabilis vir. in ij. dub. vbi allegat etiã Bald. d. l. Gallus. quia quãdo lex vel ſtatutum aliquid inducit pro forma inducitur etiam neceſſitas. ſi vtatur verpoſt tamen. poſtea arguit in contrarium in illo caſu vide p eum. Item q8 verbum poſt relatum ad iudicem importat neceſſitatem. vide Jaſ. in l. ad egregias. ff. de iureiu. & per eundem. l. Balthus in pꝛin. de lib. & poſthu. vbi etiam quid in alia materia.

b ¶ Quod dicit. Adde Bal. in l. ſi neceſſarias. ſ. ſi annua. de pignoꝛatio.

c ¶ Quedam alia Vide Bar. in l. j. in pꝛin. ff. de iuriſ. om. iud. Poſter eum compelli iudex pꝛopter finem inſtantie ferre ſentẽtiã, ſe cundũm. in extrauagan. ad reprimẽdam. in verbo pꝛocedatur allegat hic not. Facit quod habetur in l. ſeius. & augeri. ad le gem Fal. & quod ibi diri & ad quod ſ. diri adde Bal. in l. quid er go. ſ. pena grauior. ff. de infamibus. & vide Bal. hic & in authen. et qui. de temp. appel.

¶ Compulſio cauſatiua. Vide Bal. in l. manci. ſ. de ſer. fu. & in l. ſi ff. de va. & extraor. cogn. & ibi diri in l. quod iuſſu. ſ. de re iudic. vide Joan. And. in additio. Spe. in tit. de diſpu. & alleg. ſ. fin. & vide Bal. in cap. j. ſ. iudices. de pace iura. firman. & hic. & in l. manci pia. C. de ſer. fugi. & vide bar. in l. ſi. ſ. de magiſt. conue. & bar. ff. de fal. l. Paul. & Bald. in l. iubemus. ſ. de teſta. & in l. qui accuſare. de eden. & Inn. in cap. ſuper eo. quod met. cau.

e ¶ Solere. Et dicit Ly. in l. ij. ſ. de reb. cred. quod ſi quis bis. vel ter blaſphemauit. non dicitur cõſuetudinarie blaſphemare. Facit quod habetur in l. capitalium. ſ. famoſos. ff. de pœnis.

f POMA. ¶ Mels. Vide ibi per Alexand. in apoſtil. quod etiam addidi ibi.

g Neceſſitatem. Adde ea que not. Bar. in l. creditores. ſ. de pign. in rep. Vide Bald. in cap. ſ. de milite vaſ. qui contu. eſt. vbi dicit, non habere locum in feudis. Au. Barba.

LEX II.

1 Monitio facta a iudice habet vim peremptorij licet nõ expꝛimatur. nume. ſ.

4 Quando fiunt tres citationes. que habent vim peremptorij non eſt neceſſe quod in vltima dicatur, & peremptorie.

5 Monitus a iudice ſi non venit, eſt vere contumax, nec auditur appellans.

6 Dilationes que dicantur peremptorie.

7 Una citatio tantum, non habet vim peremptorij, niſi dicatur, & peremptorie, vel equipollens.

8 Peremptorium debet dari ad petitionem partis.

1 Eſſante. Valet ſentẽtia, licet perẽptorio nõ pꝛecedat, ſi. tamen pꝛecedat alia monitio, tantumdẽ imꝛportãs hoc dicit hec lex ſecundum cõmunem lect. ¶ In glo. noſtra legitur iſta lex quatuoꝛ modis. Primo ſecundũ vltimã lec. que eſt veriſſima, nec ſcio eã alibi & qđ dicit admoniti, ſcilicet a iudice, ſecundũ vltimam lectuꝛã magis not. ¶ Hoc. qđ monitio a facta a
a iudice habet vim peremptorij, licet no expꝛimatur. Facit optime extra de offi. deleg. cap. conſuluit. ¶ Venio ad apparatum. opp.
3 ſententia nõ valet niſi pꝛecedat peremptorium, vt. ff. de iudic. l. ad perẽptorium. cũ l. ſeq. hic dicitur cõtrarium, quare male. Huius timoꝛe ſunt hic in gl. quatuoꝛ lect. Una qđ nõ pꝛeceſſit peremptorium, per edictũ poſitum in albo, ſed fuit ei citatio peremptoꝛia miſſa per nũcium. Iſta eſt bona ſolutio. ¶ Secũda quod
4 non fuit per edictum peremptorium, ſed fuerunt facte tres monitiones que habent vim peremptorij, & iſta eſt bona. Ex qua habes qđ quãdo fiunt tres citationes, nõ eſt neceſſe qđ in vltima dicatur, & peremptorie. Tertia, qđ non fuit pꝛopoſitum peremptorium, hoc eſt tres citationes, vna poſt aliam, ſz vna pꝛo omnib, & iſta etiam eſt bona, vt ſ. de iudi. l. nonnunquã. ¶ Quarta, & vltima eſt illa, quam poſui. qđ non pꝛeceſſit peremptorium p modum
5 peremptorij, vel citationis. Sz monitus fuit a iudice, qđ habet vim peremptorij. Et dicit gl. qđ eſt, ſi non venit, eſt vere cõtumax, nec auditur appellãs, vt ff. ex quibus cau. in poſſeſſionẽ ea. l. Fulcinius. ſ. fi. vide gl. ¶ Quo not. ex iſta lege. vnum q in monitione que fit a iudice nõ eſt neceſſe qđ in actis deſcribatur, & peremptorie. ¶ Op. q etiã pemptorij non requiraf, vt l. ſi. ff. de fer. Solut.
6 ¶ Quedã ſunt dilationes. que dant ad pꝛobandũ, & ibi omnis
b dilatio eſt peremptoꝛia, vt l. Zia. etiam ſi nõ dicatur. Quedã eſt dilatio que daf ad allegandũ, & iſta nõ eſt pemptoꝛia niſi dicaf, vt ſ. de iud. auth. iubemus. Quedã eſt dilatio expectatoꝛia ad veniẽdum, & hic aduerte, ſi quidẽ iſta dilatio datur a iudice. ſemp intelligitur peremptoꝛia. etiam ſi non dicatur, vt hic fm vlti. lectu. Si vero datur per nuncium. per epiſtolam vel per edictum, tunc ſi quidem ſunt tres monitiones, & habent vim pemptorij, etiam ſi
7 non dicatur, vt j. co. l. tres. & hoc fm vnam lect. Si vero pꝛecedit vna citatio tantũ, non hꝫ vim peremptorij, niſi dicatur, & perem
c ptorie, vel equipollens, vt hic in iſta gl. & ff. de iudi. l. ad pemptorium, cum l. ſeq. Equipollens aũt dictio eſt, vt ſi dicat iudex, cito te hac vna citatione pꝛo omnibus, vt l. nõnunquã. ff. de iud. & hoc fm vnam lec. vel ſi iudex dicit in citatione. Alias pꝛocedam contra ad ſententiam vel ſimilia verba, ex quibus pars certificat qđ iudex non expectabit eum, vt pꝛobatur ex tex. in l. ad peremptorium. cum l. ſeq. Sis ergo cautus. qđ in citationibus apponatur
8 peremptorie, quando expedit. Item aduerte & non obliniſcaris, qđ iſtud peremptorium detur ad petitionem partis alias nõ va
d let, vt pꝛobat tex. in d. l. ad peremptorium, & ideo memento te, qđ ſcribatur, talis iudex ad petitionem talis.

ADDITIO.

a ¶ Monitio. De monitione iudicis, que habet vim pemptorij, qđ not. vide etiam quod notatur in cap. ſi poſt pꝛeſtitum. de confeſſis. & de iſto etiam eſt glo. communiter approbata in ca. conſuluit. de officio delegat. qz non allegat iſtum textum. idem dicit hic Bal. eſſe, ſi nuncius citat partem preſente iudice apud acta mandato ipſius iudicis ipſa parte citata preſente, q hꝫ vim peremptorij, fm id q not. in d. c. cõſuluit. in l. ſi pꝛocurato. ff. de verbo.

ob.z qs ibi not.z adde qs ibi not, Bald.in cap.j. de mil. vas. qui cõm.est super.ver.termin at.z dicit Jmo.in c.tua nos.de coh.cle. z mul.qõ monitio iudicis,qua monet, qs satisfaciat,nõ habetur pro citatione. Dic vt ibi per eũ late,z not.qõ non solum iudex potest citare.sed etiam notarius secundum Bald. z Ange. in l. vt perfectus,de anna,exceptio. Bart. in l.si finita.ff. Julianus.ff.de dam. infec. Adde quod citatio peremptoria requiritur in tribunalibus,vel quatuor secundũ Paul.de Castr.cum pertenitur ad diffinitiuam.l.peremptorium.ff.de iudi, Item cum ad interlocutoriam ab obseruatione iudicij, vt l.properandũ.ff. si quidem.ff.de iudi. Item cum ad missionẽ ex primo,vel secũdo decreto, vt l.presenti.ff.de his qui ad eccle.cõfug.in alijs autẽ actib.non requiritur peremptorij,immo vnica citatio sufficit,vt in dilatione data ad probandũ,z alios actus. Ita Jmo.in ca.ad petitionẽ. de accu. Item adde secundũ Paul.quod Bal.dicit in processu qui fit coram Principe nõ est necessaria citatio,qs Sali.reprobat. Adde qs melius locutus est ipse Bal.cons.cclvj.j.vol. Et de virtute peremptorij,z quomodo differat ab edicto,vide Old.cons.iij.

b ¶ Peremptoria. Utrũ omnis dilatio sit peremptoria,adde bar. z ibi est tex.in l.j.ff. de dilatio.z quod dixi post Lud. in l.si finita. ff. Julianus.in addi.

c ¶ Vel equipollens. Sed quid si dicat,alias procedemus quantum de iure poterimus,an habeat vim peremptorij.vide Bald. in rub.ff. commina.vel epistolas. Et in simili add: bal. in l. non ignoscat.in fi.ff. de fru.z lit.expen.

d ¶ Non valet. Not.bar.in l. Julianus.in prin.sui.z sequit Petr. de Anc.in c.j. de foro cõpe.z vide bar.in auth.qui semel.j.cod. in princ. ¶ Pro saluãdo Bar.in hac l.ab eo.z in quo videatur contrariari,vide concor.positam ad l.cum quis. C.de iur. z fac.igno.

LEX III.

3 ☞ Absens,contra quem fuit pronunciatum,quãdo restituatur ad appellandum.z quando ad toram causam.

4 An ex sententia condemnatoria oriatur obligatio naturalis.

5 Qui non appellat,ficte consentit.

Abeo. Hec lex est aliquantulũ difficilis. Nõ potest infirmari sentẽtia ab eo q cõgruo tẽ-
1 pore nõ cõqueritur.hoc dicit lex. ¶ † Not.qs qui non appellat intra decẽ dies videtur consentire sententie.
2 ¶ † Not.etiã qs sententia lata cõtra eum,qui est citatus ad domum,valet licet ad eius notitiam non peruenerit,vt colligitur ex hac l.z dicã in solutione contrariorũ. In hac lege habetis dictionem querelam. Querela potest intelligi tribus modis, Uno modo per modũ nullitatis.vt dicendo sententiam nullam, z isto modo non potest intelligi hic,qz sententia nulla, taciturnitate non confirmatur,vt ff. de appel.l. si expressum. Jtẽ potest intelligi de querela, que proponitur p modũ restitutionis in integrũ. Item de querela,que opponitur per modũ appellationis.z istos duos intellectus insequuntur vne iste gl. Primus nõ procedit sine difficultate,secundus est clarus. ¶ Opp.sentẽtia cõtra non citatũ non valet, vt l.cessante.ff. de re iudi.l. vnoquoqz. Solu.intellige quod hic fuit citatus,scilicet ad domũ,z non fuit inuentus. Ita intelligit hic tex. ¶ Secũdo.cõtra absentem ante lit.cõtest. non potest pronunciari diffinitiue vt l.fi.ff.illud.j. de tẽp.appel. Sol. Intellig.qd hic se absentauit li.cõtest. Jtẽ intelligit prima glo.z bene. Jtẽ opp,prout loquitur de querela , que proponitur p modum restitut.olis in integrũ. Item opp.absens nullo modo restituitur,vt ff.quãdo appellan,fit. l.j.ff.fina. † Sol. Ibi loquitur in
3 absente,qui fuit defensus per procuratorẽ,z tunc si procurator nõ appellauerit nullo modo restituitur , hic loquitur in absente ex causa,pbabili,qui nullo modo fuit defensus. Et intellige qui non reliquit procuratorẽ,vel reliquit,z non defendit vnde de iure cõmuni nõ potest appellare,nisi defendatur. Posset intelligi in absente ex causa,pbabili,z necessaria,qui ad totã causaz restituitur. Jsta lec. nõ videtur bona,qz absenti ad petendũ restitutionẽ curr it tẽpus finita absentia.non a tẽpore scientie,vt l.fin.ff. de temp. in integ.rest. Sed hic loquitur a tẽpore qs currit a tẽpore scientie,vt ibi,cognouistis,&c.z sic de tẽpore, qs currit a tẽpore scientie,ergo non est tẽpus restitutionis in integrum,qz illud currit a tempore absentie. Sed sustinẽdo istam lec.debemus dicere, cum primũ cognouistis,scilicet,z in reuersiõe fuistis. Melior ergo est alia lec.vt hic loquatur de querela,que proponit per modum appellationis. Et secundum hoc opp.absens ex causa voluntaria,z probabili,nõ põt appellare,nisi restituat, vt l.fi.ff. de in inte. rest. ergo sibi nõ currit tẽpus ad appellandum a die notitie. Sol. Intelligitur hic de absente ex causa volũtaria, qui potest appellare suo iure statim cũ scit.vel intellige de absente ex causa probabili, qui non potuit relinquere procuratorem, alias si potuisset relinquere,z non reliquisset.haberet necesse petere restitutionẽ vt plene not.in dicta l.fin.de in inte.restitu. ¶ Extra gl.per doc. indu-

4 citur in argumen.† vtrum ex sententia condẽnatoria oriatur obli-
b gatio naturalis. Et dicunt quidam quod sic, per istum tex. quia
c qui nõ appellat a sententia,cõsentit, vt hic,z l.cum antea. supra de arbit.sed ex consensu oritur naturalis,vt l.j.ff. de pac.ergo,&c. Sol.dicebat do. Jac. But. quod quando quis appellare potest, z non appellat,videtur consentire,z ideo, oritur obligatio naturalis,vt hic. Sed si appellat semel,z bis,z succumbit, non potest plus appellare.tunc nõ oritur naturalis.quia tacet inuitus. Ita dicebat in l. Julianus.de condi.indebit. Dominus Lyn.in l.cum
* quis.ff. de iur.z fac. igno,ibi alle.hanc l. Ego credo* quod ex sententia nunquã oriatur obligatio naturalis vera. Probo,sententia non tollit naturalem obligationem,vt l. Julianus.ff. de cõdi. inde.ergo eum non inducit,quia facilius tollitur.quã inducatur
5 vt l.si vnus.ff. pactus ne peteret.ff. de pact. † Ad illud,quod dicitur quod qui non appellat,videtur consentire , respon,z dico qs qui non appellat,videtur consentire ficte.non tamen cõsentit vere,quod apparet ex eo,quia non sponte facit , non enim commode quis appellare potest,z appellationem prosequi iniustam. Ita est enim causa,qua quis non appellauerit propter vexationẽ iudiciorum,seu quia quis vexationem iudiciorum timet. Hic est text.in l.item si res.in fin. de ali.iudi.mut.cau.fa. Unde presumendum est,quod nõ appellauerit propter vexationem iudiciorum. Facit ad hoc ff. de his quibus vt indign.l.minoribus.

ADDITIONES.

a ¶ Querelam. Quot modis dicatur querela,vide que habes in l. si arbitrio.ff. qui satisda.cog.vbi habes questionem de statuto dicente quod querele banmitorum non audiantur.

b ¶ Obligatio naturalis. An ex sententia oriatur naturalis obligatio,adde Bart.z gl.in l.ij.ff. de iureiur.z Bart. in l.j.ff. de condi.inde.z in l.cum quis ff. de iur.z fac.igno. Sed contrarium ipse tenet in l. Julianus verum debitorem,z ibi dixi.ff. de condi.indebi.z cum opin. Bartol. tenet Bald. hic.

c P. PAV.P ¶ Consentit. Vide Are.in l.j.C. de postul.

* CLAVD.DESE SS. ¶ Ego credo. Vide Feli.in c.qs ad cõsultationem.de re iudic.

LEX IIII.

4 ☞ Causa nullitatis deuoluit totam causam ad iudicem superiorem vt possit sententiam reformare,sicut causa appellationis.

5 Judex,cui causa committitur de nouo,an debeat iudicare ex eisdem actis.

6 An debeat pronũciari prima sententia nulla,vel saltẽ de eius nullitate cognosci,ante quam sententietur super causa principali.

a Sjut proponis pars. Hec est no.
1 b Breuiter di-
† Sinia nulla iudicis delegati iurisdictionẽ extinguit,
2 cã poterit delegari alteri.h.d. ¶ † Not.qõ sententia lata die feria-
ta.est nulla. ¶ Not.secundo qõ sententia nulla extinguit iurisdi-
c ctionem iudicis delegati. ¶ Ad primum oppon,* vt l.j.ff. de fe-
Intellige qõ hic fuit dies feriata,ob honorem dei,vel ob neces-
tatem hominum cum pars nõ fuisset presens,ibi vtraqz pars ce-
sensit. ¶ Opponitur qõ ipse primus iudex debeat iudicare,qua
sententia fuit nulla,z ideo debet haberi perinde,ac si lata non
d set,vt l.quoties.ff. qui satisd.cog. Sol. Fateor qõ sententia nul-
la quantum ad partem,sed quantum ad extinguendum iuris-
dictionem iudicis,est aliqua. ¶ Contra hoc opp.qõ ipse iudex
2 l.j.in fi. † Sol. Sentẽtia extinguit* iurisdictionem iudicis dele-
e ti,vt hic,non ordinarij,vt in contrarijs legibus. Ad primũ,dico
ri de iudice delegato,oppo.de l.quid tamen.circa prin.ff. de arbi.
f Respondeo,hic iudex erat perfecte functus* officio suo,qz iudi-
cauerat super toto,qõ erat ei permissum,vnde eius iurisdictio ex-
tinguitur,in contrarijs erat functus non perfecte officio suo,qz
non iudicauerat super toto,idcirco potest iudicare. Ad aliud
gl. dicit de iudice ordinario,opponitur,z videtur q debeat haberi
g iudex maior,non ipse iudex ordinarius,* vt l.absentem.ff. de ap-
satio.gl.in l.ij.j. de accu. dicit qõ potest adiri* ipse idex ordi-
superior. Jac. de Are. hic,z in l. iudex.ff. de re iudic. z Lyn hic
fert,dicit. Aut sententia est nulla propter iniquitatem iudicis,
debet adiri superior,vt d.l.absentem. Aut est nulla alias,
ipse idem iudex debet adiri,vt legibus allegatis. Dominus
butr.dicebat indistincte verum,qõ iudex superior potest
l. Carmelia ff. de iure patr.z l. quedam mulier. famil. Et
tunc opponitur dicebat ipse,nonne regula est , qõ vbi acceptum
est semel iudicium,ibi finem accipere debet,vt l.vbi acceptum
iudi. Quomodo ergo cum his fuerit cepta coram vno iudice ordi-
nario,faciet transitũ ad maiorem iudicẽ. Ideo dicebat ipse,si vo-
lo ire ad superiora,vt pronuncietur sententia nulla tũc possem. Ita
loquitur

loquitur quod ſ. dixi. Sed ſi vellem, quod pronuncietur ſniа nulla, & iterum iudicetur, dedeo facere cora eode iudice, vt d. l. ſi pleſs. cum ſi. mlib. Que verba q̃q; mihi placuerint, modo cum diligẽter inſpexerim, non videtur mihi forte verum & puto, quod iudicare poſſit adiri ſuperior vt pronuncietur ſniam nullam, & iterum iudicet. Hoc probat. t. p. in d. l. abſentem. ſ. de accu. que dt quod ſniam reformabit. Hoc probat tex. in l. j. ſ. j. ff. que ſen. ſine appel.

b re. Ex quo habes, q̃ quod ſ̃ licut cauſa appellationis deuoluit totam cauſam ad iudicem ſuperiorem, ita quod poteſt prima ſniam reformare etiam ex cauſa noua, vt l. j. in prin. ff. de appel. & ff. quod cum eo. l. ſi. ſ. de temp. appel. l. per hanc. ita etiam cauſa nullitatis deuoluet totam cauſam ad iudicem ſuperiorem, vt poſſit ſniam

* reformare * quod ſentit. Innoc. in c. cum contingat extra de offi. deleg. quod not. & tene menti, q̃ nunq̃ audiuiſti a me tale verbũ.

c Quero vtrum iudex, cui de nouo cauſa cõmittitur, debeat iudicare ex eiſdem actis. R. Bl. dt hic quod ſic, vt l. ſi expreſſim. de ap-

d pel. Contrarium not. in l. cum querebatur. de re iudi. & Veritas ſita. Q̃q; defectus, ex quo ſniа eſt nulla reſpicit vniformiter ſicut ſniam, verbi gra. Si litigatum eſt cum minore non habente curatorem. certe tunc omnia acta debent reintegrari. Ita poteſt intelligi. d. l. cum querebatur. cum ſua gl. Q̃q; cã nullitatis reſpicit ſolum ſniam, vt hic, q̃ die feriata fuit ſnia lata, tunc iudicabitur ex eiſdem actis vt hac gl. quod not. in l. ſi expreſſim. Q̃q; eſt talis defectus, qui reſpicit ſniam, & partẽ actorum, verbi gra. Deceſſit reus poſt lit. conteſt. & proceſſum eſt contra mortuum vſq; ad ſniam, certe ſnia eſt nulla, & oia acta a die, qua mortuus eſt, vt l. pe. & fin. ff. que ſentẽ. ſine appel. re. Et ideo acta que ſunt nulla, debent reſcindi, ſeu reſcindi. Ita poteſt intelligi dicta. l. cum querebatur, queritur alias, vtrum acta facta in vno iudicio, prodent in alio dicemus in his apud. ſ. de eden. e Quero

e vtrũ anteq̃ ſententietur ſuper cauſa principali, poſſo decreare pronunciari prima ſnia nulla vel ſaltem de nullitate cognoſci videtur quod non, vt ſ. eo. l. ij. & j. tit. iij. l. ij. In contrarium videtur. d. l. cum querebatur. de re iudi. hic aduerte. Q̃q; nullitas ſnie apparet manifeſte, nullo probato extrinſecus. Exemplum q̃ lata die dominico, vt hic, vel q̃ lata preſente procuratore, & condẽnatus eſt dñs, vt j. tit. ij. l. j. vel q̃ in ſnia non apparet quota, vel quantitas, & tunc iudex poterit de nouo iudicare, ſine alia cognitione, quia notum eſt nobis, ex dicta ſententia, vt dictis legibus.

Q̃q; nullitas ſnie non apparet ex ipſa niſi probetur extrinſecus, vt ſi eſſet lata contra minorem, vel mortuum, quod non apparet ex ſnia lata, vel ſi contra infirmum, aut laborantem morbo

m ¶ Pro concordia aduerte. in reconuentione debet procedi secundum formam conuentionis, & vna sententia terminari, quãdo agitur petitorio, & reconuenitur possessorio, vel econtra pro eadem re, intellige in illis casibus vt in possessorijs requiritur lit. contest. habetur per Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. posse. Contrarium tamen alleg. in authen. & consequenter. iuncto eo, quod voluit ipse Bartol. in l. j. C. quo. bon. & in l. fi. C. vbi in rem act. vbi voluit quod omnia iudicia possessoria sint summaria, & in extraus. ad reprimendum. in verbo, summarie. Tu dic, Bart. non negat in dictis suis, in hanc auth. si bene videatur, tenet affirmatiuam, versi. sciendum est igitur. versic. iuxta hoc quero. Et sic non meretur argui de contrarietate.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Eadem sententia terminetur. Vide aliquid per Aret. post Bald. & Jmol. in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acquir. possess.

n ¶ Appellationis. Sed quid si appelletur in causa conuentionis prime an possit iudex procedere in causa reconuentionis. Dic secundum Jmo. quod sic, in c. cum nobis. de elect. & vtrum in causa appellationis habet locum reconuentio. Lyn. videtur tenere q̃ in d. l. per hanc. in sexta questione. Idem Jnnocen. in c. j. de mut. pet. Pro hoc text. in l. ad cognitionem. ff. ex quib. caus. in poss. ea. Sed Spe. in tit. de conuen. & reconuen. §. nunc dicamus. Sed nunquid coram iudice restringit hoc dictum in appellatione ab interlocutoria, secus in appellatione a diffinitiua. Sed tamen non respondet ad text. in l. ij. §. legatis. versic. ei quoque. ff. de iudic. qui probat indistincte opi. primam. Sed Angel. in d. §. legatis. dat aliam limitationem ad hoc, & veram nam debet, secundum eum, limitari nisi appellatio exercetur in domicilio appellationis. quia tunc cessat ratio. d. §. legatis. quod not. vide Bald. in d. l. per hanc. & vide glo. in sed si restituatur. ff. de iud. & Bald. in l. & fine. §. ad Trebel.

n ¶ Clericus agens. Et hec est communis quod clericus possit reconueniri, & tenet etiam gloss. in c. j. de mu. pe. Sed aliqui, quos sequitur. d. Ant. in d. c. tenent contrarium, & cum communi tibi transit d. Jo. facit etiam quod sing. not. Jmol. in l. si eum hominem. de fideiuss. vbi instantia transit in clericum. etiam coram seculari, vno tamen casu posset clericum conueniri indistincte, quoties reconuentio fieret ex eodem negotio, & ventilatio esset comuna, secundum Bald. in authen. habita. in versi. queritur. Alij ibi inducunt arg. contra opi. bar. sic, Reconuentio procedit virtute conuentionis, fundatur enim super electione facta a iudice, vt patet in c. cuius in agendo, sed prorogatio nõ potest fieri de specie ad speciem penitus diuersam, sicut est iurisdictio clerici, & laici, vt patet text. distinc. & l. ij. §. ff. de iudic. ergo talis reconuentio fieri non potest. Confirmatur ista ratio ab ipsis, & q̃ non posset fieri expresse. non potest fieri tacite, vt l. non intelligitur. §. fin. ff. de iure fisci. Sed aliquis clericus non potest expresse prorogare iurisdictionem in laicum, ergo nec tacite. Sed huic rationi respondet Jo. Cald. & alij. quod ista ratio non concludit. quia sequeretur ex ista ratione vltima, q̃ sicut clericus non potest expresse cõsentire in iudicẽ ecclesiasticum non suum. vt c. significasti. de fo. comp. ita non possit reconueniri coram non ecclesiastico. Hoc arg. est cõtra. c. j. & ij. & ibi no. de mu. pet. Sed ab hac impugnatione defendit d. Ant. dictã suam opi. dicens quod illa prorogatio fit secũdum naturam iuris, & tũc aliquid permittitur fieri tacite, & in cõsequentiã, q̃ non permittitur fieri expresse, vt patet in d. c. dilecti. de fo. com. Unde dicit Bal. not. in l. nulli. C. de iud. q̃ in conuentione cognoscit iudex in incidenti ad causam principalẽ, & cõtra naturam ipsius. nec principaliter, & expresse, nec tacite, sed in consequentiã potest iurisdictio in alterũ prorogari, vt patet in c. tuam. de ord. cog. & in c. latores. qui filij sint legiti. Hoc autem est contra materiã iurisdictionis ecclesiastice, quod clericus subsit seculari iudici, vel q̃ iudex secularis habeat talem iurisdictionem, maxime per rationẽ, que redditur ibi, distinc. in c. demiq̃. ergo nec tacite in consequentiã potest ista iurisdictio prorogari. Tunc autem cõtra istam rationẽ, que est difficilis, dicas q̃ assumptum est falsum, quia licet subiectum, in quo est iurisdi. verbi gratia, clericus nil prorsus pertinet ad iurisdictionẽ seu iudicem temporalẽ, cum tamen ipse dicatur esse temporalis, & secundum naturam suam nõ est bonũ simile de causa spirituali, in qua habilitas ratione persone, non faceret actũ proprie cõtra naturã facientis, sicut inhabilitas materie, vt patet in l. is qui duos. in fi. & quod ibi Bar. ff. de lib. leg. & licet clericus non sit de iurisdictione iudicis secularis, tamẽ propter hoc ratione subiecti, nõ debet dici quod prorogatio, que fit in iudicẽ secularẽ fit cõtra naturam iurisdictionis, sed contra priuilegiũ persone, que nullo modo pertinet ad laicũ. Sed per Bart. adducas nouam rationem, nam actor & reus sunt persone comune, vnde q̃ statuitur in vno maxime vbi ratio est expressa in l. extenditur ad alterum. l. fi. C. de fru. & li. exp. & text. in aut. de exec. §. j. cogit reum inuitum agere cora eodem iudice, ne propter diuersitatem tribunalis lites implicẽtur, & nõ possint finiri, & hoc circũscripto omni cõsensu actoris, in persona ipsius, habet locũ ratio predicta, & cogitur in iure respondere. Cum ergo lex generaliter dicat, q̃ agens tenetur respondere reconuenienti, ergo, &c. Adde quid iuris si clericus accusat laicũ coram iudice laico, & accusatus ipsum clericum coram episcopo dicẽs quod falso fuit accusatus per clericũ. an episcopus poterit inhibere iudici seculari ne interim procedat. Vide Fed. de Sen. consi. criij. Et quod clericus poterit recõuenire coram laico, videtur tenere Spe. in tit. de conuen. & reconuen. §. j. ver. sed quid si laicus.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Locus reconuẽtioni. Ex hoc etiam sequitur quod si statutum cogeret ad cõpromissum habet locum reconuentio ex arbitrio. Jn contrariũ tamen facit. quia licet compromissum fiat eo inuito, tamen electio arbitrorum fit communi consensu.

LEX XV.

1 Vt ante litem cõtestatam potest in, aliquibus casibus appellari.
3 Recusatio iudicis potest fieri quãdoque post litem contestatam, si noua causa superuenit.
4 Nemo nisi princeps, potest committere causam remota appellatione a diffinitiua, sed bene ab interlocutoria.
5 Appellatio & recusatio iudicis, quãdo simul ponũtur, appellatione remota ante litẽ contestatam etiã recusatio remoueri videtur.
6 Si in literis delegationis remoueatur solum appellatio, non intelligitur remota recusatio.

1 2 **Tam solitum.** Ista est singularis lex, nec scio esse eam alibi. Breuiter dicit †. Quando[a] veniunt ad determinationem eiusdem verbi, debent intelligi vt vniformiter operentur. h. d. Primo imperator repetit illud sup quo dubitatur. Secũdo quorundam ponit opin. Tertio dat consilium. Secunda ibi quidã putabant. Tertia ibi caueant. Not. q̃ dixi in summario. Idem habes in l. testamento. §. de test. milit. & de impu. & ali. sub. l. hereditatem. & l. quamuis. de vulg. & pu. Iam hoc iure. Dicitur hic, caueat itaq;. Quero. qua distinctione debẽt vti iudices? Bl. dicit, quod debent verbum appellationis accommodare post sententiam, & verbum refutationis, seu recusationis ante lit. contest. Vide glo. super ver. sine certa. Vult ergo glo. ad hoc vt ista clausula aliquid operetur, quod opponatur eo tẽpore, quo inducat aliquid contra ius commune, sed de iure cõmuni post sententiã potest appellari, ergo post sententiã remoueatur ante li. contest. potest recusari, ergo ante lit. conte. remoueatur recusatio. ista op. non est vera, q̃ nullus iudex preter principẽ põt appellationẽ post sententiã remouere, vt l. j. §. fin. ff. a qui. app. non li. Do. Rich. Malum. intelligit totum econtra. vt iudices remoueãt appellationẽ ante sententiã, & recusationẽ post

lit.cont. Et est hec distinctio, quā tenere debēt iudices, secundū eā, vt hic, z hoc placet. Sed cōtra hoc op. expressio eius, q̄ tacite inest nihil operatur. vt ſ. de fideiuſſ. l. non recte. z ff. de lega. ſ. l. iij. ſed istud est etiam tacite, de iure communi, ergo ꝛc. Sol. Dicit Rich. fateor contrarium quod nihil operatur, sed fit causa dubitationis tollende, vt l. qui mutuam. ff. man. z l. que dubitationis. ff. de reg. iur. Hoc
2 non placet, quia vanum esset consilium Principis hic, † z ideo dico, quod ante sententiam z etiam ante lit. conte. quandoq̄ potest appellari, vt puta si iudex pronunciauerit se esse, vel nō esse iudicem, vt not. in auth. habita. ſ. ne fil. pro pa. z in casu. l. arbitror. ff. qui satisd. cog. z de minu. l. intra vtile. Item recusatio potest fieri quandoque post lit. conte. si noua causa superuenit, vt l. non distinguemus. ſ. cum quidam. ff. de arb. Unde cum iudex remouet appellationem ante sententiam, ista remotio operatur illis casibus, in quibus poterat appellari, z cum remoueret recusationē post lit. contest operabitur secundum quod dicemus de ordinario, vt ſ. de iudi. auth. ſi vero contigerit. Et secundum hoc si oppo. nemo †
4 potest committere causam appellatione remota, nisi Princeps, vt l. prima. ſ. ſi. a quib. appella. non licet. Respond. verum est remota appellatione a diffinitiua, sed bene potest remoueri appellatio ab interlocutoria. Et hic est casus nota. hic, z hoc sentit gl. tua in ſi. mul
5 tum not. quam vide. Secundo, quero, † quando ista verba simul ponuntur, qualiter intelligantur prout in princ. l. presuppon̄tur. In hoc sunt opin. Quidam dicunt quod ante lit. cont. non poterit recusari. Et quod hic dicitur in ter. quod minime vetitum est, scilicet a lege, z hoc tenuit Joan. Alij dicunt contra, z dicunt quod dictis verbis non obstantibus poterit recusari, per hunc ter. dum dicit, quod minime vetitum, ꝛc. Ego teneo opin. Jo. per rationem quam diri in summario, scilicet quando duo vocabula veniunt ad determinationem vnius verbi, debent intelligi vt vniformiter operentur. Sicut ergo appellatio est remota ante lit. cōtesta. vt diri.
6 ita eodem modo recusatio. † Quero, quid si in literis[b] delegatio
b nis remoueatur solum appellatio an ex hoc videatur remota recusatio? Sl. hic tenet sic Alle. extra de appel. super eo. In contrarium facit ſ. ne lic. in vna ea. cau. l. ſ. in ſi. Ibi loquitur quādo remouetur a iure. hic quando ab homine. Contrarium huius determinat. gl. ind. l. ſ. ſi. ff. a qui appel. nō lic. Et istam opi. sequūtur communiter doct. quia quando sunt duo iura separata, remoto vno, non sequitur remotio alterius, vt l. si vnius. ff. de ser. vrba. pred.

ADDITIO.

a P. P A V. P. Duo vocabula. Vide Jaſ. in l. contra maiores. post princ. ff. de inoff. test.

b P. P A V. P. Quid si in literis. Not. quod immo remota appellatione non intelligitur remota nullitas, quia sunt diuerse. Vide Comen. cōſ. xvij. z an remota appellatione z contradicatur sublata nullitas. vide Comen. cōſil. ſr. incip. in Christi nomine. vbi etiā ponit an intelligatur remota reductio in laudo, z q̄ etiam si remouetur appellatio, z querele supplicatio possit dici de nullitate, vide practic. Sapien. in forma exec. sententie diffi. Item q̄ remota appellatione, non censetur remota appellatis ratione euidentissime iniquitatis z q̄ nō videatur remota nullitas, vide Abba. cons. lv. in n. parte. Item q̄ remota appellat. non censetur remota querela vel supplicatio, vide Barba. in c. ſ. de offic. dele. Jaſo. in auth. que supplicatio. de precip. imper. offer. z quedā alia vide per Are. consil. xv. z in c. dilecto. in ſr. q. de appel. Item an statutum remouens appellat. in aliqua causa, an censeatur solum a diffinitiua nō ab interlocutoria vel grauamine, vide Pau. quod sic. in c. pastoralis. in primā vi. q. de appel. Item an remota appellatione dicatur remota querela apud eundem iudicem, vide Alex. in l. ſi. ſ. de edicto dim. adri. tol. post Pau. de Caſt. ibi.

De sententijs, que sine certa quantitate prolatæ sunt. Rubrica. XLVI.

LEX I.

1 Jus mere de futuro, non potest deduci in iudicium.
2 Si ius est de presenti habens dependentiam de futuro, venit in iudicio quando actori nihil potest imputari.

Cum iudicem. Valet sententia de futuro, si dependeat a iure, quod est de presenti. h. d. secundum vlt. lect. hic positam in gl. que est vera. Oppo. z videtur, quod cursus futuri tem-
a poris[a] non spectat ad iudicem, vt ff. de vſur. l. ſ. ſ. Huius timore sunt in glo. quinq̄ lect. quatuor prime tendunt ad hoc, vt ostenda tur iudicem pronunciasse de vſuris preteritis, Ult. ad hoc tendit, vt iudex pronunciauerit de futuris. Prime quatuor lec. non habent dubitationem, ideo non prosequor eas. vide gl. Ad quintam lect. quam posui vobis obstat fortiter. l. ſ. ſ. ff. de vſuris. Respond.

Quādoque nihil est, quod possit imputari creditori, vt puta, repeto sortem, z facio quantum possum in ea exigenda, tūc tractus futuri temporis, in quo currit vſure, inuito actore, spectat ad iudicem vt hic. Quandoq̄ est aliquid q̄ potest imputari creditori, vt puta, non curat sortem habere, sed vult quod debitor condemnetur sibi de futuro ad vſuras. z hoc non spectat ad iudicē, vt l. contraria. Oppon. de l. non quemadmodum. ff. de in. Sol. Ea que sunt mere de futuro, z habent dependentiam a iudice, vt l. contraria, sed ea, que sunt de futuro, z habent dependentiam a iure de presenti, sic, z ita loquitur hic. Nam sors petebatur de presenti, z ad illo debito sortis habēt dependentiā vſure. z hoc spectat ad iudicem, z ita loquitur hec lex. Contra hoc oppo. de. l. an lege Aquilia si de
1 letum. ff. ad leg. aquil. Huius timore debes scire breuiter, † quod quandoq̄ est ius mere de futuro, z hoc non potest deduci in iudi-
2 cium, vt d. l. non quemadmodum. † Quandoq̄ est ius de presenti, quod habet dependentiam de futuro, z tūc distingue vt diri. Aut potest actori aliquid imputari, z non venit in iudicio, vt hic. ſ. Aut nihil potest ei imputari, z non venit in iudicio, vt hic. ſ.
3 ſ. de fideicom. z l. male agitur, de prescript. xxx. an. † Quandoque est ius de presenti. propter interesse, q̄ speratur de futuro, z tunc ut illud interesse speratur propter culpā. z loquitur l. in le. Aquil. deletum. ff. ad leg. Aquil. Aut propter dolum loquitur l. si
4 condemnatio. de tab. exh. † Quandoq̄ est aliquod ius de presenti, quod speratur recedere in futuro, z tūc casu loquitur l. ſi furioſus in princ. de condit. fur. Istam materiam tetigi in d. l. docum. ſ. condemnatio. plenius in l. ſi finita. ſ. fin. cum l. seq. ff. de dam. infec.

ADDITIO.

a Futuri temporis. Quando tractatus futuri temporis spectat ad iudicem, vide per Bartol. z doct. in l. vbi autem. ſ. qui sortem. ff. de verb. obligation. Quid in fructibus futuris, vide Bald. in l. ſi ſe. nupt. mu.

LEX II.

i Quando proponitur actio vniuersalis, vel generalis, tunc precedit petitio incerta, z sententia incerta, sed in executione certificatur. z mum, z.

3 In obligatione alternatiua, si electio est creditoris, debet dari libellus certus, z sententia certa sequi.

4 In simplici obligatione, quando procedat petitio incerta, z sententia certa, quando etiam sententia incerta.

5 Sententia incerta habebit executionē paratā, facta liquidatione.

a] Quanquam[a] pecunie Vbi petitum incertum, vtrum, valet sententia. hoc dicit, Vides ergo quod
1 b sententia incerta[b] valet. Contrarium vides in l. prope l. ſi. Sol. gl. Quandoq̄ petitur incertum, z tunc valet sententia incerta, vt hic. Sed si petitur certū, z tunc debet ferri sententia certa per se, vel per relationem ad acta. vt l. seq. Contra istad opp. Ju
c de act. ſ. curare. Huius timore gl. intrat hanc materiam vetitus
2 Quandoq̄ proponitur actio vtilis, vt petitio hereditatis. Quandoque actio generalis, vt petitio tutele, vel neg. gest. z in ista precedit petitio incerta, z sententia incerta, sed in executione certificatur. Ita tenet hic gl. magn. z plenius in l. j. in gl. magn. ff. de edi. plene per Jnn. in c. conquerente. in glo. pen. de offi. ord. Quandoque proponitur actio singularis, z ista propie est materia. z tūc aut obligatio erat alternatiua aut simplex. Si est alterna. tua, procedit libellus, z petitio alternatiua z incerta, vt dixi. z de verb. obl. l. eū qui certaru. in fin. Quod intellige, quando vr.
3 electio debitoris. † Si enim esset electio creditoris, cum in eius potestate, debet dare libellū certum, z sententia sequitur certa. t.
4 vbi, ſ. qui illud aut illud. de verbo. obl. Quandoque obligatio simplex. Et hic aduerte, aliquādo in libello nō pōt declarari
d quantitas, sed potest declarari in sententia, vt cū petitur interesse quod interesse istat in estimatione iudicis, vt ſ. t. j. l. ſ. tunc potest libellus incertus, secundum veram opi. z tunc sententia erit secundum veram opinio. not. per gl. in l. certi condictio. in princ. ff. ſi cert. petat. dicain ſ. tit. j. l. j. Quandoque non potest declarari, nec in petitione, nec in sententia, z tunc precedit libellus incertus z sententia incerta. Hic est casus in l. nostra. Ita debes intelligere
e re[c] quod aliquis promiserat indemnitatē. z iam ipse incurrit aliquod damnū. z maius damnū poterat incurrere in futurum cum nō possit certificari id, quod depēdet ex futuro. Iudex habebit indemnitate super futuro tempore, z hic pro presenti
5 demnabitur, vt l. proxima. Sed quero, quis est effectus huius sententie incerte? Respond, quod habebit paratam executionem facta liquidatione, que fiet hoc modo, q. actor petet sententiam executioni mandari, in qua talis est condemnatus ad indemnitatem prestādam. Ad probandum quod sit damnificatus, faciet in-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tinenti articulos, nec est necessaria libelli oblatio, nec lit. conte, z sic procedetur summarie fm formam l. a diuo pio. §. si super reb⁹, de re iudic. Sicut dicimus in simili, in sentẽtia lata in iudicio vniuersali, in qua est condẽnatus ad restituẽdum hereditatẽ simplici ter. quid autẽ sit in hereditate, in executione declarabitur. Et no. clare glo. in d. l. j. de eden. ¶ Et ista est practica hodie⁶ in partibus istis, quod instrumenta, que sunt guarentigionata, vel confessiona ta, merentur executionẽ sicut sententia diffinitiua. Si ergo est aliquod instrumentum non liquidum, peto executionẽ summarij, z facto articulos ad probandum id secundum ea, que dicta sunt s.

ADDITIO.

a P. P A V. P. ¶ Quanquam. Vide que habes ad Bar. in l. j. in fi. ff. de leg. ij. z in l. proinde. ff. ad legem aquil.
¶ Pro saluatione. Bart. in hac l. j. z in quo videatur involutus vno contradictionis. vide concordiam, quã posui in l. j. ff. de edẽ.
b ¶ Sentẽtia incerta. An valeat sentẽtia, z libellus incertus, vide nam Inn. in c. fi. in gl. in ver. omni. de excel. prelat. vide Inn. in c. de lib. obla.
c ¶ Cererem. Idem tenet in l. ait pretor. §. j. ff. de re iudi.
d ¶ Interesse. Iudex dz in sentẽtijs tarare interesse, adde l. cũ prospicia, z ibi Bal. s. si quis alte. vel sibi. idem dicit in fructibus.
e ¶ Intelligere. in his, z in vtilibus vide etiam no. Bal. in l. filium. ver. alterius querit. s. fami. ercis. per gl. z doc. in §. j. de re iud. z in no. in c. fi. z Bal. in l. iij. de re iud. z Inn. in c. fi. de excel. prela. Et adde q⁹ valeat condẽnatio expẽsarum etiam incerta, sine reseruatione tacitionis fm Bar. in l. terminato. ver. venio ad quartum. j. de fru. z lit. exp. z ibi per Bart. qui tenet hoc esse verum in omnibus accessorijs, z idem dicit in arbitratore.
f ¶ Practica hodie. vide Bar. in l. j. ff. de eden.

LEX III.

¶ Sentẽtia quãdo fertur per relationẽ ad aliqua acta, valet, si in illis continetur certa quantitas, nõ distinguẽdo que sint illa acta. z nume. 2.
2 Sententia simpliciter prolata, vt condemno te ad id, q⁹ debes valet, si certa quantitas reperiatur in actis probatorijs.

a 1 HEc sententia [a] Suia. que nõ cõtinet certũ p se, vel relationem ad aliud, est ipso iure nulla. h. d. Nota istum[b] ñ. huius legis pro declaratione glossarũ hic positarũ. ¶ Que rom quibus actis debeat cõtineri certa quantitas, vt sua valeat, dicit gl. in attestationibus, vel cõfessionibus. In Zuum videtur q⁹ sufficiat contineri in libello, vt l. quid tñ. de arbit. z de re iud. l. ait
2 pretor. §. j. Sol. breuiter quandoq⁹ sentẽtia fertur per relationẽ ad aliqua acta, tunc vz sententia si in illis actis ad que sentẽtia refertur, contnetur certa quãtitas, nõ habita distinctione, que sint illa acta, vt l. contraria. ¶ Quãq⁹ sententia proferatur simpliciter, sez condemno te ad id q⁹ debes, tunc est necesse q⁹ certa quãtitas reperiatur in actis probatorijs, vt in dictis testium confessionib⁹, vel instrumentis. nec sufficeret contineri in actis assertorijs, vt libello, z positionibus. ita loquitur hic glo.

ADDITIO.

a P. P A V. P. ¶ Hec sua. Quod sentẽtia incerta non valebit, nisi certificetur p relationem ad aliud. vide Com. consil. vij. non dicit q⁹ vbi sentẽtia est incerta super eo de quo principaliter non disputatur non vitiatur. Vide per eum. z subtiliter loquitur, z ibi etiã pone q⁹ recipit declarationem partis, etiam quo ad ipsos expresse se non refert. z vide Com. consi. xxxij. in prin. Item vide etiam q⁹ in sua incerta que non declaratur per relationẽ ad acta non vz, lz se eius sit si declaratur ex certificatiõe nisi in certis casibus quos ad
Bar. habes in l. Paulus. la j. ff. de re iud. z quando incertitudo vitiat sententiam. vide Felyn. in c. cum venerabilis. extra de excep.
b Obscurum. Idẽ quod hic dicitur, quod sentẽtia lata per verba obscura debet declarari p verba probatoria, etiam si ad alia non fiat relatio, expresse dz intelligi, q⁹ sua esset nulla propter obscuritatem, nisi declaretur p ipsa acta probatoria. Sed vbi sua põt in se valere, verba eius, tunc debẽt stricte intelligi per acta probatoria. Et ter. in l. j. §. si plu. vna sen. z l. Pau. la ij. ff. de re iud. q⁹ tenet. z vide Barto. in l. ait pretor. §. j. de re iud. z quod no. Bar. in l. §. si plures vna sen. Et an incertitudo temporis vitiet, vt puta si iudex dicit relego te ad tempus, z non dicit quãtum tẽpus. Ter. est quod non in l. si sine prefinito tempore. ff. de pe. vbi vide quomodo intelligatur ad tempus. Et aduerte, quia ille text. loquitur in criminalibus. adde z Bal. consi. xxxvij. dicit in l. sine prefinito, esse vnicum in iure. z facere, quod si iudex simpliciter bannat aliquem quod intelligatur bannitus vsque ad decennium.

LEX IIII.

a 1 HEc sententia. [a] Sententia nulla ratione incertitudinis nõ impedit aliam ferri sententiam, h. d. ¶ Hoc. quod etiam in dote
2 non valet sententia incerta. ¶ Secũdo non. quod potest ferri alia sententia, etiam antequam pronũcietur de nullitate prime. vt hic. in fine. ¶ Et de hoc dixi in l. si vt proponis. §. quom.
3 z quando iud. ¶ Tertio nota quod qui non appellat confirmat sententiam. vidistis in l. ab eo. supra quomodo z quando iudex.
b ¶ Nota quod dixi in summario, quia alibi nõ reperies, ideo tenete. ¶ Oppon. contra hoc iudicium de dote[b] est iudicium vniuersale. sicut in petitione hereditatis. z similib. Ita probatur in l. quod dicitur. in princip. ff. de impen. ergo procedit libellus incertus, z sententia incerta. sicut in petitione hereditatis. Et ita determinaui vobis soluto matrimon. super rubrica. ¶ Hic videtur
4 casus in contrariũ. Sol. Hic fuit sententia omnino incerta. ¶ Hã pronunciauit iudex, q⁹ bona fide accepisti, solue. si enim pronunciasset hoc modo, condemno te ad restitutionem dotis, quia constat eam te habuisse. licet nõ declaretur quãtitas, vel qualis esset dos, valeret sententia, sicut in petitione hereditatis. Et quod hoc sit verum, videtur velle hic text. in eo quod dicit, quod petitio incerta procedit super dote. Et ita intelligo hanc legem.

ADDITIO.

a ¶ Hec sententia. Not. ex isto text. secundum Bal. quod iudex potest in sua diffinitiua esse sibi contrarius. si prima sentẽtia per eum lata erat nulla, quod est notan. secundum eum.
b ¶ Iudicij de dote. Procedit libell⁹ generalis in dote. vide Bar. etiam in l. j. de edend. post gloss. z vide. s. eodem. l. iij. z Bald. hic tenet contra Bar. quando res particularis est data in dotem.

De senten. quæ pro eo, quod interest, proferuntur. Rubr. XLVII.

¶ Continua Rubricam ad precedẽtem hoc modo, supra dictum est de sententijs, que sine certa quantitate proferuntur, verũ quia super interesse proferuntur quandoq⁹ sententie incerte. ideo subijcitur Rubrica de sententijs, que pro eo, quod interest. Ista continuatio nõ est vera, q⁹ super interesse debet proferri sentẽtia certa, vt instit. de actio. §. curare. z dicemus infra in processu materie. Debet ergo aliter continuari, z sic dictum est supra de sententijs in genere, z in specie de sententijs, que sine certa quãtitate, verum quia in ferendis sententijs super interesse, consueuerunt oriri plura dubia, ideo ponitur hic rubric. de sententijs, que pro eo, quod interest, proferuntur.

LEX VNICA.

10 ¶ Interesse triplex, scilicet singulare commune, z conuentum, z quas vires habeat.

a CAm pro eo. [a] Domini, hec lex est vna de difficilioribus toti⁹ Codicis,
b z habet materiam[b] profundissimam, z lõgissimam. Diuiditur in partes quinque. ¶ Primo ponit proemium suum, ¶ Secundo ponit statum suum. ¶ Tertio illud probat per reductionem ad absurdum. ¶ Quarto illud probat a simili. ¶ Quinto ponit duo alia dicta generalia ad alia precedentia. ¶ Secũda ibi sancim⁹ itaq⁹. ¶ Tertia ibi. nedũ. ¶ Quarta ibi. cum scimus. ¶ Quinta ibi, z hoc non solum. Breuiter hoc
1 intendit. ¶ Prolixitates antique circa interesse cessant per hanc legẽ. z in casibus certis venit interesse singulare vsque ad duplum interesse communis, in casibus vero incertis venit in totum q⁹ interest. z habetur ratio lucri, z damni hoc dicit tota lex. ¶ Ceterum ad casum in terminis, z aduertant iuuenes, q⁹ hec lex in princ. videtur facilis, sed postea videtur difficilis, z expedire non possem hoc mane, expedia hoc sero totã legẽ, ideo incipio per particulas. Et primo oppo. quod infinitas tolleretur, de dol. exceptu. l. plures. §. fin. Sol. Ibi loquitur seu tractatur de obligatione tollenda, quo casu tolleratur infinitas, hic vero de obligatione inducẽda. Item ad hoc ardum recitat hic Cyn. z Dyn. in l. qui bona. §. fina. ff. de dam.
2 infect. z ibi ego plenius examinaui, ideo hic non insisto. ¶ Ceterum ad secũdam partem, z ex ea habes notare quod in casibus, qui habent certam quantitatem, vel naturam, interesse non potest excedere duplum. In casibus vero incertis, præstatur totum interesse.

¶ Venio ad contraria. Antequam faciam aliqua, videamus q̄ sunt casus certi. & qui incerti. Hl. dicit. Dicuntur certi secundum quod ponuntur in l. certū. ff. si certum peta. vt puta si est in obligatione certa q̄titas vel certa species, quando certa quantitas, dicitur habere certam quantitatem, quando certa species, ōr habere certam naturam. Istud non videtur verum glo. nostre. Hā appellatione certe quantitatis, continetur certa species, vt l. q̄sq̄s. ff. de lega. iij. & l. cum stipulamur. de verbo. obl. ideo gloss. intelligit aliter, vt illi casus dicantur continere certam quantitatem, in quibus venit certa quantitas, vel certa species. Ubi vero promittitur aliquid in genere, vt homo, vel equus, tūc dicatur habere certam naturam. Et hoc est q̄ textus dicit, certā quantitatē, vel naturam, vt hic. Et vide glossam no. in versiculo. certam quantitatem, vel naturam. Incerti vero casus sunt, dicit glossa, quando in obligatione venit factum, quel sunt incerta, vt ff. de verbor̄ obligation. l. vbi autem. §. quid id quod. & ita dicit gl. in verbo. in alijs autē casibus. Ita etiam dicit Innoc. in titulo de sentē. ex commūnicetion. in capitul. sacro. vbi tractat materiam interesse. Vy. idē tz illud ista glossa in capitu. moza. de regu. iuris libro vj. Quidā, vt dōmin. Francisc. Accur. cum semel fuisset aduocatus pro rege Angliē in studio Tholosano, repetijt istam legem, & recitauit, & tenuit opin. patris sui, prout iacet, domin. Jacob. de Rauenna. q̄ erat ibi magnus doctor, in forma discipuli surrexit contra eum, & opposuit. sic. Istud dictum glos. videtur contra text. huius l. Hā ter. dicit quod contractus emptionis, & venditionis, habent certam quantitatem, vel naturam. Sed in actione empti venit factum, vt l. ex empto. in princip. de ac. emp. & l. si stipulatus. de vsu. ergo falsum est dicere, quod obligatio facti dicatur incerta, contra hāc l. Et istud retulit. Pe. de Bel. pertic. dum in anno Jubilei veniret Romam ad indulgentiam, tanquam peregrinus, & Bono. repetijt istam l. Domi. Eyn. etiam refert hic. vnde Jaco. de Rauen. in expositione istorum verborum recēdit ab opin. gloss. & dicit quod illi dicuntur casus certi, qui habent interesse commune, vt scribere mihi libzum. facere mihi domum, & similia. Et illi dicuntur casus incerti, qui non habent interesse, commune, vel communē estimationem, vt ire pro me Romam. Nam tantum potest mea interesse, ita quod non alterius. sed liber iste, apud quemcunq; esset, valeret tantum. Petrus de Bella pertic. non stat in eius opin. q̄ dicit quod loquitur sine lege. Preterea ego rep̄hendo quod ipse non dicit verum aliter, nam possibile est quod in contractu locatiōis, & cōductionis. ex parte cōducentis, non reperiatur estimatio communis. Verbi gratia, conduco operas tuas, vt vadas p̄ me Romam pro centum licet ex parte eius, qui locat operas, sit certum quod debet habere centum, si istud interesse habet certā quātitatem ex parte conducentis, non est certum, q̄ forte alterius nihil interest, vnde non reperitur estimatio communis, & sic iste cōtractus esset incertus secundum eum quod est contra istum text. quare Pe. de Bella pertic. exponit ista verba, vt dicamus sic. Illi contractus dicuntur habere quantitatem certam, vel naturam in quibus hinc inde oritur obligatio, & sic cōtrahentes obligātur propter mutuam relationē, vt in emptione, venditione, & in alijs contractibus. Contractus incerti dicuntur, in quibus contrahentes obligantur absq; mutua relatione, vt promitto tibi per stipulationē ire Romam, lz iste proprie non dicatur contractus, vt l. Labeo. §. contractus. de verb. signifi. & ideo Imperator non repetit in contractibus, sed dicit, in alijs autem casibus, &c. q̄ ille pro prie non est cōtractus. Sed ista opin. Pe. non videtur vera. q̄d enim si ex vtraq; parte promittatur mutue, vt puta. promitto pro te ire Romam. & tunc tu promittis pro me ire Parisios? hic obligantur contrahentes propter mutuam relationem, tñ certum est q̄ iste contractus ex vtraq; parte continet incertum. Jacob. de Are. rep̄hendit glo. nostram per aliam rationem in princip. vbi dicit, quod certa quantitas vel incerta continetur, quando promittitur homo in genere. quomodo potest hec esse vera. cum hic tractetur de singulari interesse, q̄ non pōt excedere duplū interesse cōis in homine debito in genere, interesse singulare non pōt cadere, q̄ non est res ad quā habeam affectionē? Nam dicit Jac. de Are. in eo quod dicit glo. in contractibus incertis, sto cū ea. Cum ergo dz certā quantitatē, vel naturam. dicit ipse, intelligo vt dicamus certā quantitatem, scz facto hominis, vt domus, fundus, & similia, vt l. quod in rerum. §. ij. ff. de leg. j. Certam naturā, vt quando debetur aliqua species que hz certitudinē a natura, vt homo, & equus. & similia. que habēt certā speciē. Certe ab ista obiectione pōt defendi gl. nostra. Nam quando debetur homo in genere, videtur deberi homo mediocris, vt ff. de lega. j. l. legato generaliter. Hā non est aliquod imaginatū. in quo non cadat affectio. Preterea, interesse singulare nō est affectionis tm̄, sed vtilitatis tantū vt j. dicā. Unde in homine debito in genere nō soluto. pōt cadere interesse singulare. hoc est aliqua vtilitas singularis deficiēs, vt videbitis j. alia fuit opinio do. Hico. de Mat. qui dicit sic. Illi dicūtur casus certi quādo ab initio non venit in obligatione interesse sed ex postfacto venit in obligatione, vel condemnatione. propter moram vel propter aliud, vt apparet in omnibus contractibus, vt hic. Ubi vero interesse ab initio debetur. Exemplū in delictis, dedisti mihi damnū, statim teneris mihi ad interesse. Vel inuasisti mihi iniuriam, vel vim, & similia, tunc illi casus dicuntur continere incertum, & sunt incerti, vt dicebat ipse. Ista sua opinio non est vera, nam duplum non potest dici, vbi non reperitur simplum, vt in testamento. ff. de condit. & demon. l. quidam. §. si tibi. ff. de leg. sed vbi debetur factum, non est illud simpler certū, ergo duplum non potest esse certum. Dom. Jac. But. tenebat opin. Pet. domi. Eyn. tenet opin. gl. nostre ad rationem Jac. de Rauen. respōder sic. In contractu emptionis. & vēditionis, venit factum, dicit ipse, verum est, sed non est merum factum, est enim tale factū, q̄ vno momento expeditur scilicet tradere. Sic. in l. nostra loquitur de factis, & quae habent causam successiuam, vt ire pro me Romam, & similia. Sed solutio, posito quod concludat in contractu emptionis, & vēditionis, tamen in contractu locationis, & cōductionis non conuenit. Nam in eo, qui locasset operas suas, ille debet facere, q̄ habet causam successiuā. ¶ Item ille, qui locauit fundum debet facere, scilicet patientiam, id est pati, scilicet vti fruī, vt l. ex cōducto. sic. Sic habet causam successiuam. Quid dicemus? Dico quod in contractu emptionis, & venditionis, defendendo gl. nostram. Item dicit Eyn. & sic dicit Jac. de Are. in contractu emp. & ven. venit factum. Dico quod nō est verū simpliciter, Nam venditor tenetur ad tradendum, & ad faciendū emptorem dominum, & sic est datio, si ipse est dominus. Si nō est dominus, debet trāsferre vsucapiendi conditionem, vt l. in conuentionalibus. in fin. ff. de verb. obligā. eam bonorum, &c. Et hoc etiam videtur tenere glossa magan. & certi condictio. in princ. ff. si cer. pet. idem dicit quod in vend. & emp. non est factum merum. tamen ista defensio non sufficit ad euadendum

c de contractu locationis, & conductionis, vbi venit merum factum. Et ideo ego dico sic, c gl. nostra dicit verum, cōuncta tamen opi-

4 Pet. hoc modo, † Illi contraetus dicuntur certi, qui habent certam quantitatem, vel naturam respectu sui, vel respectu adiuncti, & alij dicuntur incerti, qui non habēt certam quantitatem, vel naturam respectu sui, vel respectu adiūncti. Declaro istud. Respectu sui, continet certam quantitatem vel naturam, vt in exemplo glo. quando promittitur certa quantitas, vel certa species in genere, vel in specie respectu adiuncti, vt in contractibus respectuis, vel correlatiuis. Verbi gratia. in locatione & conductione. in emptione, & venditione, licet enim factum, quod venit in contractu, sit incertum, tamen pretium seu merces est certa, & ideo tantum videtur illud factum cōtrahentes estimare, vnde ratione adiuncti, de-

5 cuntur continere certum. † Incerti dicuntur, qui non habent certam quantitatem, vel naturam, respectu sui, vel adiuncti, vt quando promittitur simpliciter factū, vt ire pro me Romā. Vel etiam promittatur simpliciter ex vtraque parte, vt promitto pro me ire Romam, ego promitto pro te ire Parisios, quia nullum est adiunctum, cuius respectu certificentur, & ideo isti contractus dicuntur incerti. Modo habes expeditum istum textum. ¶ Alteram quero pro declaratione textus dicitur hic, dupli quantitatem in-

6 nime excedere, &c. ¶ † Quero, quod non est istud simplum, cum non potest excedere duplum? Gloss. prima hic dicit quod debet intelligi duplum. scilicet interesse commune, & vide glossam hic, sed alibi in glossa super versicul. dupli. glossa ponit Quidam, vt Placen. dicunt quod non potest excedere quantum pretij conuenti. Alij dicunt, non potest excedere duplum cōmunis, vt dictum est. Finaliter glo. determinat quod non potest excedere, nec vnum nec aliud neque duplum pretii neque communis. Et vide glossam, vt intelligas quid singulariter dicas quod loquitur in diuersis casibus. Nam vbi reperitur interesse commune, nō potest excedere duplum huius communis interesse, de interesse conuento non curatur eo casu. quia illud potest excedere. Sed vbi non reperiretur interesse cōmune, sed conuentum, tunc non posset excedere duplum interesse conuenti. & contra debet intelligi ista glo. alias diceret male, vt in contrariam. ¶ His expeditis veniamus ad aliqua contraria pro tertia ratione l. postea intrabimus materiam. ¶ Opponitur. Sicut ergo in casibus, qui habent certam quantitatem, venit interesse, & extra, immo nunquam succedit obligatio ad interesse, sed semper ipsa quantitas, vel species debita debet peti, vt. l. si seruum de verborum obligationib. & l. vbi autem. §. fin. eodem. Item tangitur in glos. super versic. contractibus. circa finem. & videtur quod debet intelligi, quando in obligatione est rem tradendam contractibus rem dari. quo casu non succedit obligatio ad interesse, sed in contractibus. scilicet immmmatis. sic. Realissimum infra tamen quantum ad propositum dico etiam, vbi est rem dari obligatione, venit interesse non iure actionis, vel obligationis, sed officio iudicis, vt l. vnum. ff. si certum petat. & Lin. hac de re. Item

Zanga

Tangam infra in illa questione, qualiter interesse in iudicium deducatur. ¶ Secūdo oppomtur, z hic aduerte. z iste opposit. quas formabo, tanguntur in gl. super versiculo dupli. poit prin. ¶ Opponitur igitur de l. ratio. §. si per venditorem. de act. emp. vbi quis tenetur quanti plurimi res fuerit. Hue solutio. dantur hic in glos. Prima quod ibi, subaudiatur, dum tamen excedat duplum. Alij dicunt, quod ibi loquitur de interesse commuui, quod totum est simplum z ideo potest excedere pretium rei in multum, z ista est vera. Ex qua solutione illud habes quod dixi tibi in secunda questio. † quod interesse singulare non potest excedere duplum interesse conuenti, sed quando non reperitur cōmune interesse, sed conuenutum tantum. nam ipsum cōmune interesse potest excedere interesse conuentum. ¶ Oppo. tertio d de l. Julia. in prine. ff. de act. empt. Dicunt quidam, quod ibi loquitur de interesse extra rem, quia potest excedere duplum, hic loquitur de interesse circa rem. Istud non placet glo. nostre. nam si interesse circa rem, non potest excedere, multo minus extra rem, quia tarditas venit, z in minori quantitate. z ideo gl. e soluit eodem modo quo precedēs contra. um, quia ibi loquitur de cōmuni interesse, licet extra rem. quod totum est simplum. z ideo pretium potest excedere in multā quantitatem. z vide glo. super versi. dupli, ibi, Item in eo, ꝛc. Dices tu, quomodo in casu l. Julia. loquitur de cōmuni interesse. imo in singulari. pone exemplum. Emi a te tignum vitiosum, posui in domo domus propter vitium tigni cecidit. Certe agam contra te ad totum interesse meum domus destructe, quod excedit pretiū tigni venditi in multam quantitatem. Illud est interesse singulare, quia alius, qui non emisset tignum, non fuisset passus, vel si emisset, non habebat domū istam vel fuisset vsus ad alium vsum. z sic videtur quod ibi loquitur de interesse singulari. Respōdeo, glossa videtur hic intelligere interesse singulare illud, quod venit propter aliquā qualitatem inherentem persone, tanquam ad aliam transire non posset. Verbi gratia, habui librum in quo habui memoriā meam, z posui additiones de manu mea, z audiui in illo libro, propter hoc liber iste est mihi carior singulari estimatiōe, que nō posset trāsire ad alium, non enim mea memoria potest esse alterius. z studium meum factum in hoc libro, non posset esse alterius, vt l. j. §. ne autem. ff. de cad. tollen, z de duobus reis. l. nemo est qui nesciat. Sed illud quod potest ad alium transire, dicitur interesse commune, vt in exēplo proposito. Si enim domus, in qua illud tignum apposui, nō erat mea. illud idem damnū posset esse alterius, z ille alius, qui habuisset, fuisset passus idem damnū, ideo quia est transibile, dicitur cōmune interesse. z non singulare. ¶ Alterius opponitur f ad illud quod dixi, quod venit interesse extra rem. f Contra de lege si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empt. Solutio. aut interesse petitur propter malefactum, z venit interesse extra rem. vt dictum est supra quando tradidisti mihi tignum vitiosum. Aut propter non factum. z tunc non venit interesse extra rem. vt d. §. cum per venditorē. ¶ Item opponitur dixi supra quod non debet excedere duplum, scilicet interesse cōmunis, potest tamen excedere duplum, scilicet interesse conuenti. contra in lege, cum fundus vti optimus. ff. de euict. Solutio. Dicebat Placen. quod ibi interesse cōmune erat minus, quam interesse conuentū, vel melius secūdum glossam ibi non agitur actione ex empto ad interesse. sed agitur de euictione ex stipulatione duple, que refertur ad duplū pretiū conuenti, vt ibi. ¶ Item opponitur de l. Titius g. §. fin. cum lege sequenti. de actione empti. vbi dicitur quod interesse non potest excedere duplum pretij conuenti. Solutio. Dicunt quidam, quod illa lex corrigitur per legem sequen. que incipit idemque z Julianus, quod placet mihi, quando traditio facta est a sciente, sed quando est facta ab ignorante, non corrigitur, vt dicta lege, idemq; Julianus. §. in omnibus. Dicendum est ergo, quod illa lex eo casu continet vnum casum singularem. z mirabilem, vt infra dicam in distinctione. Sumus expediti de prima parte circa cōtraria, modo veno ad questiones, z intro istam materiā, quam expedio per quinq; queſt. vt j. patebit. Primo quero, quid sit interesse. Secundo, qualiter interesse diuidatur. Tertio, vsq; ad quā quantitatē possit interesse ascēdere. ¶ Quarto, qualiter interesse in iudiciū deducatur. ¶ Quinto, z vltimo qualiter interesse probetur.

8 ¶ Ad primum quid sit interesse. Glo. dicit quod interesse singulare, rei pretium est. secūdum quosdā. Non est bona diffinitio, quia non comprehendit nisi interesse singulare. Vide gl. dicit. interesse, damnū est emergēs, z lucrum cessans, ex eo, quod aliquid fieri cessatur, z vide Inno. in d. c. sacro. de sent. excom. vt s. dixi. Sed istam etiam diffinitionem ponit gl. in verb. possibile. Jacobus de Raue. insurgit contra istam diffinitionem sic, Tu dicis quod interesse est damnū, ergo qui petit interesse, petit damnum. ego dabo damnum quantum voles. Preterea dum gl. dicit, ex eo quod fieri cessatur, male dicit, quia venit interesse quādoq; ex eo quod fit, quod fieri non debet. Unde Jacobus de Rauen. ipse diffinit aliter, z sic dicendum est quod interesse secundum Jacob. de Rauen. est estimatio damni emergētis, z lucri cessantis ex eo, quod non fit, quod fieri debet, vel fit, quod fieri nō debet, vel non datur, quod dari debet, vel datur, quod dari non debet. Ista est diffinitio sua. Docto. nostri communiter dicunt quod diffinitio est bona. z Jacobus de Rauenna bene dicit, tamen etiam glosſ. bene sentit. z reprehensio Jacobi est verbalis magis quam effectualis. Quod enim gl. dicit, interesse est damnum emergens. ita locuta est secundum communem vsum, z modum loquēdi. Dicunt enim homines, emenda, vel restitue damnū meum. z intelligitur de estimatione dām. ¶ Item ex eo quod gl. dicit, quod fieri cessatur, comprehendit etiam illum qui facit, quod facere non debet, quia faciendo quod non debet, cessat facere quod debet. Et ita tenet Ly. opin. gl. nostre declarata per Jacob. de Rauen. Et ita Jacob. Butrig. tenet mihi videtur, quod nullus tetigit quid sit interesse. Pro huius ergo declaratione debes scire, quod ipsi dicūt interesse est estimatio, ꝛc. contra ego reperio quoddam interesse inestimabile, vt ff. solu. mat. l. j. z ibi no. per glo. z l. non est singularis. de reg. iur. z l. libertas. Unde ista diffinitio non congruit cuilibet parti sui diffiniti. Preterea, ipsi dicunt quod interesse est estimatio damni emergentis. z lucri cessantis. Ego reperio totum ecōuerso. quod damnum cessans. z lucrum emergēs, dicitur interesse. Exemplum, hostis vel alius mihi dat damnum in fundo meo, z interest mea damnum non fuisse datum, est interesse. vt instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. fin. l. ij. ff. eo. tit. z legatū tibi relictum dicitur interesse, quia interest tua habere, vt l. si creditor. ff. de leg. j. z l. si fideius. z ff. de leg. ij. si cui fundo. Pro huius declaratione scias, quod est quoddam interesse in genere generalissimo, quod diuiditur in suas species, vel in genere subalterno. In genere generalissimo interesse est iusta alicuius vtilitas. z hoc probant omnes leges s. alleg. contra doct. z gl. z istud interesse subdiuiditur, nam quoddam est interesse inestimabile, quoddam estimabile. Inestimabile interesse. est alicuius iusta vtilitas inestimabilis, vt ff. de his qui deie. vel effude. l. j. §. sed cū liber. fol. mat. l. j. de reg. iur. l. nō est singularis. in fi. z l. libertas. Interesse etiā estimabile subdiuidit. Nam quoddā est nō petibile, z quoddā est estimabile petibile. Interesse nō petibile estimabile diffinit sic, Est iusta alicuius vtilitas estimabilis nō petibilis. habita vel non habita. sine alicuius facto iniusto, vel cessatione iusta. Quare dixi alicuius vtilitas iusta? qz si habes iniustā, non dicit propie contiuere alicuius interesse, vt l. itaque fullo. ff. de fur. Quare dixi estimabilis? Ad differentiā interesse inestimabilis, de quo dixi s. Non petibilis. dixi ad differētiam petibilis, de quo j. dicam. Habita. dixi, vt cōprehendā omnes illos casus in quibus aliquis habet aliquod estimabile, qđ habere sua interest. Vel nō habita. dixi per l. Proculus. ff. de damn. infect. vbi obscurantur lumina domus vel aufertur aqua putei mei, z sic dāmificor. z perdo quod mea interest habere, tamē hoc petere nō possum, quia prouenit mihi absq; alicuius facto. vel cessatione iniusta. ideo nō est interesse petibile. z de istis nō loquitur materia ista. est quoddam aliud interesse estimabile, z istud potest accipi duob⁹ modis. Uno modo large, z tūc est iusta alicuius vtilitas petibilis estimabilis, nō habita propter alicuius factum iniustum, vel cessationē iniustam. Ista diffinitio omnia comprehēdit, vt euidenter patet. Dic tamen aduerte, quia aliquando sumitur interesse large, vt si peto quādoq; rem mihi debitam. peto interesse meū. Nam dicit l. quod stipulatiōes sunt facte, vt quisq; stipuletur quod sua interest, vt l. stipulatio ista. §. alteri. de ver. obli. z Justi. de muti. stip. §. alteri. z de ver. obli. §. vlti. Unde si stipulor libū. stipulor quod mea interest. vt est ille liber. ille ergo liber est interesse meum largo modo. ¶ Item si stipulor factum, istud factum est interesse meum. z hoc modo hic non sumitur. Secundo modo sumitur illud interesse stricte. z proprie in nostra materia. z illud sic diffinitur. † Interesse est estimatio alicuius vtilitatis non habite propter alicuius factum iniustum, vel cessationem iniustā. Ideo dico estimatio, vt differat a precedēti interesse, quod respicit ipsam rem debitam, seu factum debitum. Nam de interesse prout in quātitate deducitur, loquitur ista tota materia. Istud est vtile scire ad diffinitionem. Ideo dixi estimatio vtilitatis non habite, vt comprehendam damnum emergēs. z lucrum cessans. Dis ergo visis, venio ad secūdam questio. † z quero quotuplex b sit in h teresse. Glosſ. tua dicit, quod triplex est scilicet singulare. cōmune, z conuentum. Et appellat singulare interesse, singulare pretium rei. Commune interesse cōmune pretium rei. Conuentum interesse pretium conuentū circa rem ex partium conuentione. z hoc tenet gl. j. z gl. alia super verbo, dupli. Idem tenet. glo. ff. de act. empt. l. j. circa prin. z fundat se per illū tex. d. Jac. de Rau. tenet cōtrarium, quod nō sit nisi vnicū interesse. z istud etiā tenebat d. Jac. de Bu. z do. Dy. disputauit istā q. solēniter, z posuit cum multis solēnibus rationibus illam disputationē in c. moza. de re. iur. lib. vj. Quod sit vnicum interesse tantum, probat primo ex hac lege, excedēs. z excessum, non sunt idem, sed interesse non potest excedere duplū estimationis cōmunis: ergo estimatio cōmunis nō est interesse, vt hic

Inducitur eodē modo de act.empt.l.j. Dy.tenet contra gl.in vno, quod dicitur per glo.quod pretium rei cōmune,est cōmune interesse,z pretium conuentū est conuentū interesse, singulare interesse est,quod singulariter interest. Sed falsum dicit Dyn. Nam pretiū
1 rei non est interesse, hoc probatur in l.hec verba quāti eam rem. ff.de verb.significic,z l.j.§.considerandum.de tut.z ra.dist.z ff.de fur. l.in furti actione. Sed Dy.dicit quod triplex est interesse.nam interesse estimatum singulariter,est singulare interesse,vt l.libertus qui.circa fi.de bo.lib. Interesse estimatum cōmuniter.est cōmune interesse.vt l.j.de act.empt. Interesse estimatum conuentione partium.vt quando partes conueniunt in certa quantitate pro interesse,est conuentum interesse.vt l.fi.de pact.stip.z l.procurator.ad exhib.§.fin.rem ra.habe. Ita dicit Dy. Jacob. Butrig.vt dixi,tenebat opi. Ultramon.quod vnicum sit interesse.Nam interesse semper refertur ad personam actoris, vt de act.empt.l.j.vbi emptoris rem habere interest.non venditoris,z sic de singulare interesse loquitur z de reg.iur.l.quatenus.ibi,cuiusq;.tc. Nota ibi,cuiusque. nam in persona cuiusque est singulare interesse.z illud quod dixit Dy.quod quādo promittitur certa quantitas pro interesse est interesse conuentum,non est verum probo reducendo in practicam, promisisti pro interesse centum,si petam illa centum,quia mea interest,succumbam,quia illud instrumētum promissionis non probat quod mea interfit, sed quod pro interesse promissum est, vt l. stipulatio ista.§.alter.de verb.oblig. Insti.de inutili.stipula.§.alter.vbi dicitur quod quādo promittitur certa quantitas,non inspicitur,an interfit. Unde quātitas promissa pro interesse non est interesse. sed promissa pro interesse. ¶Ego dico quod dominus Dyn.dicit veritatem z puram, si bene intelligitis distinctionem, quam supra dixi, quoddā est interesse largo modo sumptū, quod comprehendit illud quod debetur, z hoc modo non loquitur nostra materia, nec dictum Dy. Aliud est interesse,hoc est estimatio eius quod interest, z hoc modo hic sumitur interesse pro estima-
11 tione eius,quod interest generaliter sumendo. ¶Nunc ad propositum,illud quod interest, potest estimari singulariter,z est singulare interesse,z potest estimari cōmuniter,z est cōmune interesse. Et de hoc est casus l.j.ff.de act.empt.recte intelligendo.dicit ter.si res vendita nō tradatur ad id quod interest,agi potest. Sed dicet aliquis, ergo peretur ipsa res, quia ipsa res est illud quod interest. Respon.ibi Jurisconsul.hoc est quanti emptoris rem habere interest singulariter quod excedit quādoq; pretium cōmune,quanti res valet.pretium conuentū.vel quanti res empta est. ¶Nunc ad rationes domini Jacobi de Rauenna. Dicit ipse,interesse semper refertur ad personam actoris. Concedo,sed persona potest considerari cōmuniter,tanquam quilibet,z potest cōsiderari singulariter propter aliquam singularē qualitatem inherentem sibi,tunc si consideretur cōmuniter, erit interesse cōmune,vel singulare,si singulariter. Ad illud quod dicitur de pecunia in §.alteri,vbi pecunia promissa pro interesse nō est interesse, dico quod pecunia promissa pro interesse non est interesse generaliter sumptum, quia est aliquid dūtaxat ab eo quod erat promissum,sed est estimatio illius interesse prout hic sumitur in materia nostra,ideo si illam quantitatem tanquam interesse peterem,ego vincerem.vidimus s.quod
12 triplex est interesse,scilicet singulare,cōmune,z conuentū. † Jurta hoc quero, vtrum interesse singulare sit affectionis, vel vtilitatis. Et videtur quod affectionis tantum,vt l.libertus,in fi.de bo.libe. In cōtrarium,quod sit vtilitatis, seu affectionis,cōtinentis vtilitatem,vt l.videamus.§.j.de in lit.iur. Et ideo circa hoc dicas si queris de interesse affectionis,z non vtilitatis,aut queris,vtrum ex eo condemnatio augeatur,z dic quod non,vt l.si seruum.ff.ad l.Aquil.z l.pretia rerum.ad l.Fal. Aut queris,vtrum actio detur, que alias nō daretur. z tunc in cōtractibus bone fidei datur,vt l. cum seruus.ff.mand. In contractibus vero stricti iuris,regula est quod nō datur, vt l.ideoque.ff.de pact.z ibi no,in quadam gl. Fallit,si minor etas interueniat,vt l.fi in empt.ff.de min. Si vero queris de interesse affectionis,quod cōtinet vtilitatē,z tunc actio datur,z condēnatio augetur,vt i.videamus.ff.de in lit.iur.z hac l. per totam l.Debet ergo hec intelligi de interesse singulari,quod continet vtilitate pecuniarū. Item quero iuxta predicta,vtrū interesse quādatur in intrinsecum z extrinsecū,seu intra rem z extra rem.z certum est quod sic,vt l.si sterilis.§.cum per venditorem.de act.empt.z glo.in multis partibus.h.v.z maxime hic in glo.super
13 verb.dupli. Circa hoc est vidēdum, † quid sit interesse intra rem z
k extra rem.k Ultramon.dicunt,q̄ illud dicitur esse intra rem quod sequitur rem penes quemcunq; vadat. Et ideo si seruus est heres institutus, tota hereditas videtur interesse intrinsecū,vt l.venditor. ff.de euict.z l.inde neratius.in p.in.ad l.Aquil. Sed si nō sequitur rem penes quēcunq; vadat, vt in rigno vitioso,cuius vitio dominus emptoris periit,z dicitur interesse extrinsecū, vt l.Jul.in prin. de act.empt. Idem in lucro,quod aliquis facit tanquā mercator, vt d.l.si sterilis.§.cum per venditorem.de act.empt. Sed domini, illud interesse de seruo herede instituto.per gl.vocatur extra rem, seu extrinsecū,vt ff.de euictione.l.venditor.z hic in glo.super verb. duplic. Dico quod glosse nostre melius loquantur. Cuius gratia debetis scire, sicut dicimus in dictione ex,que denotat causā proximam,dictio vero propter,z dictio ob causam remotam.vt l.non dubium.§.de leg.z l.j.§.si seruus extero se emi mandaue.z Leo temporē.circa fi.ff.de peculio.ita in proposito,intrinsecū interesse debet dici illud,quod est ipsa res,seu eius estimatio,prout accipit in hoc tit. Item illud,quod est immediate ex ipsa re,vt fructus,z par-
14 tus,z similia.Extra vero † que veniūt occasione rei,non ex ipsa re debent dici extrinsecum, ad similitudinē eius, quod dici in dictione ob,z de dictione propter,z ideo verum dicit gl.quod hereditas ex qua seruus est heres institutus.est interesse extrinsecū,quia nō ex ea re,sed occasione rei contingit. Hec est verū quod dicunt Ultramontani, quod ideo dicatur extrinsecū, quia sequitur rem penes quemcunq; vadat. Nam seruitutes sequūtur rem,penes quēcunque vadant, tamē non dicūtur in bonis,vt l.j.ff.de vsufructu legato.l.rem in bonis.de acquirendo rerū dominio. Hoc premisso,videndum est vtrū debeat haberi ratio in iudicio huius interesse extrin-
l secū. l Gloss.quam modo legi tibi,dicit duo verba tantū,Aut agit propter non factum,aut propter malefactum,vt vidistis. Dicta res hoc minus perfecte examinant.z est meo videre passus nulle
15 difficilis. † Ideo dic,quoddā est interesse intrinsecū,hoc est ipsius rei estimatio,z ista semper venit,vt l.ratio.§.si per venditorem.de
16 act.empt.z l.vinum.si certū petatur,z l.in hac.de vrti. ¶Quoddam est interesse ex ipsa re, vt fructus, z partus,z de hoc dic vt l. stipulatus.z l.videamus.per totam legem. ff.de vsur.z l.si filius.§.
17 j.de verb.oblig.vbi dixi.z l.si fundum certo die,co.tit. ¶Quod
m dam est m interesse extrinsecū,z in hoc dic, aut igitur propter non
n factum, n aut propter malefactum. Primo casu,aut est tale interesse, quod sequitur rem penes quemcunq; vadat,z eius habetur ratio.vt l.penultima, supra. de his quibus vt indignis.z facit.d.l.
18 venditor.ff.de euictio.z l.inde. Neratius.§.j.ff.ad l.Aquil. † Aut non sequitur rem penes quemcunq; vadat.z tunc aut petitur talis res,in qua non potest cadere affectio,seu interesse intrinsecum; vt in pecunia, in qua non cadit affectio,z tunc venit interesse extrinsecum, vt l.nummis,de in litem iuran.z l.j.§.fi.de eo quod certo loco.l.si penam.de verb.oblig.l.liber homo.§.fin.co.tit. Aut petitur res,in qua potest cadere interesse intrinsecum.z tunc nō habetur ratio interesse extrinseci,vt d.l.si sterilis.§.cum per venditorem.de act.empt.quod tamen intellige secundum distinctionem, quam infra ponam in vltima parte, an interesse habeatur ratio
19 lucri, vel non. † Si vero agitur propter malefactum, z tunc aut fuit malefactum sciēter,aut ignoranter. Si scienter.venit interesse extrinsecum,vt l.Juli.circa princ.z l.idemq;.§.in omnibus,de act. empt. Si vero ignoranter, z tunc aut agitur contra aliquem qui res est euicta,z isto casu venit interesse extrinsecum,non tamen in totum,sed vsque ad duplum pretij conuenti,vt l.Titius.in fin.l. sequen.de actio.emptio.z est singularis casus:aut agitur propter aliud damnum, ex ipsa re emergens. z tunc aut loquimur in contractibus, ex quorum natura consueuit transferri dominium, vt vsucapiendi conditio,z tunc non venit interesse contra ignorantem, sed agitur quando minoris,vt l.Julia.in princi.de action.empti. z ibi gloss.dicit, fallit in vase vitioso vendito,sed in l.teneatur.§.fi. si vas.eod.tit.dicit quod debet seruari eadem distinctio. Et hic tenebat dominus Jacobus Butrigarius. Si vero loquimur in
o contractibus, ex quorum natura non transfertur dominium, tunc aut ille contractus celebratur gratia vtriusque, vt locatio: tunc si tradatur res inanimata, distinguitur. Aut est res sub conditionem quis non poterat probabiliter ignorare, vt vasis, z tenetur etiam ignorans ad interesse extrinsecum. Aut probabiliter poterat ignorare, z tunc secus, vt l.si vitulus. §.j.ff.locati. Aut locatur res animata, vt puta seruus,z non tenetur ad interesse extrinsecum, nisi fuerit sciens,vt l.cum in plures. §.seruum ff.locati. Ratio est in promptu.quia rei animate vitium potest probabiliter ignorari magis, quam alterius rei. Si vero contractus celebratur gratia alterius tantum.scilicet gratia recipientis,in commodato, tunc si tradat rem inanimatam,non tenetur nisi fuerit sciens,vt l.in rebus.§.item qui sciens.ff.commodati. Si vero tradatur res animata, ignorans tenetur quatenus de damnum emendet, vel seruum pro noxa dimittat, vt l.penul. commodati. Si vero contrahitur gratia dantis tantum,mandato,z tunc in depositō dico teneri dantē in casu
p sciens, siue ignorās,ad illud interesse extrinseci, p vt Ultra. quod vero.ff.de fur. In mandato vero distingue,vt l.inter culpas. §.si cum seruus.ff.māda. Jurta predicta quero,vtrū illud interesse dicatur singulare,vel cōmune,circa hoc dic,vt dixi supra circa contraria. Summus expediti de ista secūda parte, venio ad tertiā par-
20 ticulam. Ex qua nota † interesse non potest accēdere in infinitum.

Contra de in litem iurand. l.videamus. §.j. vbi dicitur, quod in minimum

infinitum iuratur. Sol. Fateor qs in infinitum iuratur, sed iudex tarat ita q̃ duplum non excedat per hanc legẽ. Ad quã tã particulam, ex qua no. qs pene sunt in iure limitate. Cõtra Iusti. de iur. stipula. §. alteri. z l. stipulatio. §. alteri. de verbor obliga. Solue. Huius timore est hic posita glã versicu. proferũtur, que
21 ponit opinio. Finaliter gloss. distinguit, quod ↄ pena legalis non potest excludere quadruplum. Pena vero conuẽtionalis aut ponitur per verba multiplicatiua, vt duplum, triplum, quadruplũ, z similia. z idem. Aut per nomina simplicia. z tunc etiam in tm potest ascendere in quantum contrahentes vo luerunt. vide gloss. que hoc dicit. z est clara. Ultramonta. reprobant istam glossam que facit differentiã, vtrum pena apponatur per nomina multiplicatiua, aut per nomina simplicia qz dicunt, quod est imponere legem verbis. Ego dico sic breuiter. Aut ista nomina duplũ, triplũ, z similia, referuntur ad certã z taratam quantitatem, z tunc põt ascendere pena, in quantũ voluerint contrahentes, qz cadẽ est ratio, sicut qñ profertur p nomina simplicia, tm̃ eñ est dicere sub pena mille, quantum si dicerem sub pena quintupli, cum ducenta sint promissa. Si vero ista verba referuntur ad quantitatẽ incertam, sub pena dupli, vel quadrupli, eius quod res plus valuerit, vel sub pena dupli, vel quadrupli, tunc interesse nõ põt excedere quadruplum, fm̃ quod glo. dicit, imo forte quod plus, est. non potest excedere duplum, arg. huius l. qz forte multum vltra ascende
q ret, quam senserint contrahentes, arg. huius l. vbi, ne dum in infinitum, ꝛc. Hũc articu. plenius examinaui in l. stipulatio ista. §. alteri. de verbo. obli. Ad ultimam partem, dicitur hic, qs
r interesse habetur loco lucri, r contra l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de ac. emp. Glo. dicit quod olim non habebatur ratio lucri, nisi in quibusdam casibus specialibus, qui hic per glo. enumerantur. Ultramon. reprehendunt istam glo per tex. ibi. qz ex eo ve teres. quod interest statuerunt, quasi dicat, qs antiquitus in interesse habebatur ratio lucri. Solu. glo. potest respondere. istud olim in quibusdã casibus, hodie generaliter. Docto. nostri tenent communiter circa, hoc quod per hanc l. non sit innouatũ. de iure antiq. Ideo Ly. posuit olim dictum Pet. in ista materia. fm quod ipse inuenit. Postea supẽruenit Bul. de cu. q de hoc posuit vnã distinctionẽ in l. ii. §. vlti. ff. de eo quod cer. loc. postea illam addidit Ly. de verbo ad verbum. licet de eo mentionẽ non faciat. Jac. de Bre. etiam circa hoc posuit vnam suam distinctionem. Ego autẽ
22 visis omnibus in ista materia, dico sic. Quoddam est lucrum, qs contingit circa istam rem, vt modo valet corbes frumenti decem. hinc ad quinqz menses valebit xx. z istud lucrũ de iure antiq. z de iure hodierno semper venit estimatiõe interesse, vt l. vnus. ff. si cert. pet. z l. in hac. de trit. z d. l. ratio. §. si per venditorem. de actio. empt. Quoddam est lucrum cõtingens ex re ipsa, vt partus z fructus. z de hoc nõ pertinet ad nostram materiã. Die vt l. si stipulatus. z l. videamus. de vsu. z l. si filius. §. j. z quod ibi no. ff. de ver. obl.
23 Quoddam † est lucrum quod venit ex re, z tũc quandoqz illud lucrum venit cum alterius iniuria, vt lucrum vsurarii vel vsurarpionis. z nõ habet ratio hui⁹ nec de iure antiquo. nec de iure hodierno, vt l. si is qui rem. §. fi. ff. de fur. z l. si quis vxori. §. pe. co. ti. z ibi no. Aut non percipitur cum alterius iniuria. z tunc aut illud lucrum comitatur rem penes quemcunqz vadat z habetur ratio eius tam de iure antiquo, quã de iure nouo, siue sit iudicium bone fidei, siue sit iudicium stricti iuris, vt d. l. venditor. de euict. z l. si quis vxori. §. pe. de fur. z l. inde. Heratius. in princ. ad l. Aquil. z l. pe. de his qui
24 bus. vt indi. † Quoddam est lucrum, quod nõ sequitur rem penes quemcunqz vadat, vt lucru quod percipitur ex mercantia, vel ex alterius hominis industria. Et hic aduerte, nam quoddã est lucrũ in quo natura rei plus operatur, quã hominis industria. vt in lucro. quod percipit ex fundo. si colatur. z eius ratio habetur. vt l. si
25 fundus. §. j. ff. loc. z l. si in l. §. colonus. co. tit. † Quoddam est lucrũ, in quo industria vt plurimũ operatur, tunc quandoqz illud lucrũ est incertum, quia ille, cui debebatur, non consueuit mercari, z tũc non habetur ratio istius lucri. vt l. si sterilis. §. si cum per venditorem. de acti. empt. Si vero consueuit mercari. z ex eo quod ex alia sua pecunia cõsueuit mercari, appareret quasi pro certo, qs ex ea lucrans fuisset, tunc habetur ratio lucri eius. vt d. l. j. §. vlti. de eo quod cer. loc. z sic videtur quod iura antiqua ab isto iure in aliquo
26 discordãt. Quero iuxta predicta, vtrũ illud, quod hic dicitur quod interesse nõ potest excedere duplũ, habeat locum in maleficiis? Glo. hic tenet quod sic. Cuius est glo. parvula. super versi. casibus. in princ. l. Alia glo. dicit idem super verbo contractib. circa med. Contra istud videtur. l. inficiando. §. j. ff. de furt. propter quam legem aliqui excedunt ab ista gl. Tu dic istam gl. bene dicere. per generalitatem istius litere. Non ob. l. inficiando. §. j. ff. de furt. quia ibi nõ petitur interesse. sed petitur pena. que est vt ipsum interesse, etiam extra rem duplicetur. z etiam si est singulare. dum tamẽ vti
27 litatẽ contineat. vt l. in furti. in princi. z quod ibi not. de furt. Hunc
t venio ad tertiam q. princ. † z quero vsqz ad quantitatem t interesse
u potest ascendere. Istam q. tangit gl. hic super ver dupli. Tu vero dicas latius, aut queris de interesse conuento. z venit in quantum est conuenti. vt l. si. de pact. stipul. z de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. alteri. Aut queris de cõmuni. z tunc regulariter totum venit. vt l. Julia. in princ. ff. de act. empt. Fallit in casu singulari, vt l. Titius. in fi. cum. l. seq. eod. titu. vbi non potest venire vltra duplum pretii conuenti. Aut queris de interesse singulari. z tunc aut illud, quod debetur continet certam quantitatem. vel naturam respectu sui vel adiuncti. z non ascendit vltra duplum interesse communis vel interesse conuenti, intelligendo in diuersis casibus. vt dixi. 3. circa princ. secunde partis. Aut non continet certam quantitatem, vel naturam, respectu sui nec respectu adiuncti. z venit in tantum in
u quantum illud fuerit, vt hac lege, in versiculo sancimus. Quero circa hoc, que est ratio differentie u? Glo. tangit hic, super versiculo damnum. z potuit duas rationes. Prima est. quia in contractibus, qui habent certam quantitatem vel naturam. facilius potest apparere simplum. quam in cõtractibus qui continent incertum. z ista ratio placet. Alia ratio ponitur. quia facilius est alteui facere. quam dare. z ideo plus granatur. arg. l. hẽ opere. de oper. liber. Vide gl. super versiculo damnum. Ista ratio secunda reprobatur per hoc. quia non procedit nisi in hominibus auaris. qui facilius sustinerent omnem laborem. quam darent aliquid de pecunia. nam de iure cõmuni z de natura. facilius est dare, quia omnis labor corporalis quãtumcunqz paruus. maior est aliqua datione pecuniaria. arg. l. in seruorum. in fi. ff. de penis. Ad quar
28 tam. q. princip. scilicet † qualiter interesse in iudicium deducatur. Lynus tangit hic. z in multis errat. Aduerte ergo. z primo est videndum. an deducatur in iudicium per viam actionis. an per offi
x cium iudi. x Et per hoc apparebit declarata glo. tua que ponitur hic super versiculo. contractibus. circa fi. Et quedam glos dicunt, quod per officium iudicis. vt l. si quis ab alio. in fi. ff. de re iudic. z l. cum stipulatus sim. §. fin. ff. de verb. oblig. Dy. reprobat illam glo. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. z extra de reg. iur. lib. vi. in canonica. Ideo glos. hic videtur dicere. Aut in obligatione est sicri. z interesse venit iure actionis. vt lege. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. de verb. obli. l. si quis stipulatus sit Stichum. §. fin. z l. quoties per alium. eo. tit. z l. in. ff. si quis in ius voc. non ierit. Aut in obligatione venit dari. z tunc si quidem in contractibus nominatis. interesse venit officio iudicis. vt l. pro. missor. de constituta pecunia. l. vnum. si cert. pet. z l. si seruum. in fi. de verbor. obligation. Si ex contractibus innominatis, tunc venit interesse per viam actionis. vt hic in glo. per l. primam. §. fin. ff. de rerum permutatio. Assignat Lynus rationem: quia sicut illi contractus innominati, non sunt faciles in obligatione contrahenda, quia requiritur quod impleatur ab aliqua partium, nec implentur solo consensu, z ita de facili non contrahitur obligatio, ita nec de facili sustinetur. Petr. contra, vt refert Lynus supra, de rerum permutatio. Icum precibus. Sed veritas est illud, quod dicit Lynus, probatur in l. naturalis. §. j. ff. de prescriptis verbis. Sed contra
y predicta oppon. etiam in obligatione dandi? y ex contractibus nominatis. succedit obligatio ad interesse, vt l. liber homo. in fin. ff. de verbor. obliga. glosam l. Julianus. in magna glos. de actio. emptio. dicit. Aut quis stipulatur dari sibi, z non succedit obligatio ab interesse. Aut stipulatur alteri. z succedit obligatio ad interesse. Petrus aliter dicit, cuius opinio. recitam in dicta l. liber homo. in fin. ff. de verborum obligationibus. Et Lynus ibi refert in illa quesito. circa fi. de interesse intrinseco. z extrinseco. Ego dico quod glos. tua dicit veritatem cuius occasione debes videre rationem. Que est ratio. quod in obligatione facti succedit obligatio ad interesse. in obligatione dandi non. Dico tibi stipulationes sunt intuente. vt vnusquisqz stipuletur sibi pro eo quod sua interest. modo in obligatione dandi. si promitto equum. interest tua habere equũ simpliciter. quantum valet. z ideo illud sine dubio est in obligatione. sed si promisi tibi aliquid facere. forte non interest tua. quãtum illud factũ valeat, nisi constaret. z ideo non potes me precise compellere ad factum. quia sic compelleres me vltra quam interesset tua. ideo succedit obligatio ad interesse, quare dando tibi interesse, liberor. Hinc ad propositum. si ego reperio obligationẽ dandi talem rem. in qua sit eadem ratio que in facto. succedit ibi obligatio ad interesse, sicut in obligatione faciendi. Exemplum, vt si stipulatus sum alij dari, nõ interest mea forte in totum. forte. quia non sum debitor illius, nisi in modica quantitate, ideo succedit obligatio ad interesse, vt l. liber homo. in fine. Item si stipulatus sum pecuniam mutuari, z non mutuetur. Nam licet mutuare, fit dare, quia mutuum est. quod de meo sit tuum. vt l. ij. §. appellata. ff. si certum petatur. non tamen interest mea simpliciter, z in totum, ideo succedit obligatio ad interesse. vt l. si penam. de verborum obligationibus. Et circa ista die plene, vt dixi in l. stipulationes non diuiduntur. de verbor. obligatio. Veniamus ad contraria secunde partis, Juxta predicta est videndum, quando succe-

dit obligatio ad interesse, an succedat statim post mortã, an expectetur interitus rei. Dic vt in d. l. stipulationes non diuidũtur, in quinta, z serta questiõ. ¶ Itẽ esset videndum vtrũ succedat obligatio ad interesse, ita qõ prima tollatur, alias duret vtraq;. Et si duret, vtrum alternatiue, vel copulatio, vel quomodo? Dic vt d. l. stipulationes nõn diuiduntur. de verborum obligation. in septima questione. ¶ Item esset videndum, vtrum quis precise possit compelli ad factum. Istam questionẽ tangit hic gl. super versi. in alijs, z male loquitur. Dic vt d. l. stipulationes non diuiduntur. in octaua questio. Item esset videndum, qualiter super interesse formetur libellus. Istam questio. ponit gl. ff. de act. emp. l. j. in princ. z ibi ponit gl. triplicem formam libelli. z hoc ponit etiam in l. vlt. §. Itẽ si in facto. de verbo. oblig. Ego plenissime examinaui in lege stipulationes nõ diuiduntur. in nona questio. Modo restat videre de
3 v. z vlti. questio. scz qualiter interesse probetur[3]. Circa quod breui
19 ter dic, ¶ quoddam est interesse conuentum, z istud probatur p in-
30 strumenta, vel per testes. vt l. fi. de pact. stip. ¶ Quoddam est interesse cõmune, z istud probatur per testes qui dicunt qõd res cõmuniter tm valet, z quod communiter cuiusq; interest, tantũ dictam rem habere. vt l. j. §. de rescin. ven. z quod ibi not. Aduerte tamen ad duo, q; posito qõd non faceres nisi articulum de communi valore rei, per hoc nõn probares interesse directo, sed probares rei valorem seu pretium, nam pretiũ rei non est interesse, vt dixi. Tñ
31 ex hoc sequitur pbatio interesse, q; si res communiter tm valet, ergõ cuiusq; communiter tanti interest eam habere. ¶ † Item adaa uerte ad vnum, z videtur quod si vis probare pretiũ, vel interesse temporis preteriti,[aa] non debes te referre ad vnũ diem, vel duos dies, sed ad quamplures. Et ideo si faceres articulum, qõd frumentum valuit isto anno, die primo Januarij tantum, nõ est probata intentio. Non enim debet probari ex momento, sed debes ponere in
bb articulo, z ante, z post, z per plures dies, vel ante diem tm.[bb] Ista probantur in l. pretia rerum. §. nonnunquã alias. §. nonnullam. ff. ad l. fal. z ibi plenissime. Itẽ aduerte, qõd in articulo ponas etiã de loco publico vbi talia cõsueuerunt vendi, vt plene dixi in d. l. pre-
32 tia rerum. in prin. z in fi. ¶ Est etiam secundum interesse singulare. Et hic est aduertendum qõd quidã sunt casus, in quibus iuratur in litẽ, vt in actionibus arbitrarijs, z in bone fidei cõtra dolosum, z tunc probatur per iuramentum in litem, vt lege. in actionibus. de in lit. iur. contra non dolosum. dic vt dicã j. an alijs. Sũq; sunt actiones neq; arbitrarie, neq; bone fidei, z tunc quandoq; venitur ad petitionẽ interesse, pper contẽptam iudicis authoritatẽ, z idẽ, quia probatur interesse per iuramentũ in litem, vt ff. ne quis eũ, qui in ius voc. l. pe. §. j. z l. qui restituere. in fi. de rei ven. Quandoq; vero non venit cõtra eam ex iusta causa, z tunc contra dolosum probat per iuramẽtum. vt l. super. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. z l. fi quãdo j. vnde vi. Si vero agitur cõtra non dolosum, tũc oportet quod interesse vere probetur, vt hac l. Sed qua-
cc liter[cc] probatur glo. que est hic, hoc nos docet in glo. super versi. sabtilitatẽ. z vide glistam. Glos. vult q; dictum testis referatur ad homines, qui essent eiusdẽ conditionis, cuius est ille qui petit interesse, z sic sunt contestes z optime dicit glo. Et habemus pro ea rationem no. in l. continuus. §. cum ita. de ver. obli. Sed si quilibet testis interrogatus, quomodo scis? Respon. quia tantũ mea interesset, si essem illius cõditionis, tunc quilibet testis esset singularis in dicto suo, z quilibet deponeret de seipso. Debet ergo deponere in genere, de quolibet hoie, qui esset illius conditionis cuius ipse
est. Jac. tamen de Aret. videtur dicere. qõd si quilibet testis depo-
dd neret de seipso, probatus esset articulus, nã propter identitatẽ[dd] artis, videt deponere de eodẽ. argu. l. nemo est qui nesciat. de duo. re. Sed certe hoc non placet mihi, quia illa lex, que dicit qõd identitas artis facit videri idem factũ, non habet locum, nisi quando inter contrahẽtes sic est actum. alias eiusdẽ hominis factũ, quantumcunq; simile, nõ videtur idem, vt l. si non sortem. §. libertus. ff.
33 de cond. and. ¶ Ideo aduerte, in ista materia ad duo[ee] quãdo for-
ee mas articulum de interesse singulari, tũc referas te ad vtilitatem, non ad affectionẽ tantum hoc modo quod considerata qualitate tui actoris, tibi vtile est habere dictum librum plus quam habere
ff centũ. Non enim procederet[ff] articulus, qui diceret qõd nollet carere dicto lib. pro centũ, quia illud concludit in affectione, non in vtilitate. Et vltud interesse singulare ad hoc vt deducatur in condemnationẽ debet continere vtilitatẽ, vt §. dixi. ¶ Item aduerte, quãdo tu facis artic. super interesse singulari, quod tu facias artic. de interesse cõmuni, vt sic liqueat iudici quod interesse singulare
gg quod petis nõ excedat duplũ interesse cõmunis, vt hac l. ¶ Ultimo debes scire,[gg] quod etiam si de interesse nil esset probatũ directo, sed tamen ex aliquibus coniecturis, ex officio suo iudex perpenderet illud interesse, posset in isto interesse facere condemnationẽm. hoc tenet Ly. z hoc probatur hic in text. in ver. in alijs autem casibus. Hoc probatur j. de fruct. z lit. expen. l. non ignoret. z in fi. expressissime in l. super. §. an hoc interdicto. ff. quod vi aut clã.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Cum pro eo. Circa materiam interesse mercatoris quod iuste petatur z statutũ possit illud estimare, vide Com. consi. cxxxix. incip. Laicus. circa fin. Item not. quod interesse lucri cessantis debet iudex estimare ex suo officio, secundum Barto. in l. j. C. de colle. illici. lib. xj. ad quod vide Jas. in l. vlt. §. fi. ff. de eo quod certo loco. vbi etiam dicit quod tale interesse probatur per coniecturas z verisimilitudines.

b ¶ Materiam. Et de materia huius legis, vide Innoc. in c. sacro de senten. excommunic. z hoc statim allega. Barto. in versi. exemplum. de disti mihi damnum. ibi, ad rationem. Jaco. de Aret. tunc concludit. an in cõtractu emptionis, z venditionis veniat factum? per Bart. in l. stipulationes non diuidun. de verbor. obliga. z in l. j. de actio. empt. z in l. certi condictio. in princip. si cer. pe. z vide no. per Baldum hic.

c ¶ Dico sic. Opponit Bartolus, in premissis ad istũ tertiũ. Quid tamen de hoc sentit. Bald. vide per ipsum.

d ¶ Oppo. tertio. Vide Bald. hic in versic. iiij. oppo.

e ¶ Blo. sol. Interesse singulare non potest excedere duplum conuenti. interesse conuentum, interesse conuenti. z j. proxim. in versi. item oppo. diri etiam latius j. ea. l. in ij. questio. princip. z per Bal. hic, in versic. quero vtrum ista ratio. &c. cum versi. seq. interesse non tantum intra rem, sed extra rem. non potest excedere duplũ. Bal. hic in versic. oppo. z vide Bald. hic in versic. quanto.

f ¶ Extra rem. An veniat in cõsideratione interesse extra rem. vide latius per istum j. ea. l. Et an isto casu quando res male tractur, interesse possit excedere, vide Bald. in vj. oppo.

g ¶ Lege Titius. Vide j. z aliter videtur illum text. intelligere Bald. hic in versic. vj. oppo.

h ¶ Et quero quotupler. Quotupler est interesse. cõcludit sequendo opin. Dyn. tripler, scilicet singulare, commune z conuentum. Quomodo autem distinguatur interesse singulare ab interesse communi, vide Bald. §. ead. l. Et quotupler sit interesse, vide hoc in princip. per Bald. z Bald. in l. traditio. in iij. quest. §. de actio. empt. z ibi de quo interesse intelligatur, si in libello pero interesse,

i ¶ Pretium rei. Bald. hic saluando glo. dicit quod largo modo dicitur interesse, per eundem in l. j. §. de his qui a non do. Item an expense dicantur pretium, vide Barto. z ibi scripsi in l. quidam. §. quibus. de condit. z demonst. in §. quidam ita. z Bald. in l. terminato. infra de fruct. z lit. expend.

k ¶ Extra rem. Not. quomodo cognoscatur interesse intra rem, seu intrinseco ab extrinseco, z Bal. hic in versi. iij. opp. z ibi ponit quid differt interesse intrinsecũ a qualitate intrinseca. Ponit etiam ibi in ver. quero igitur quid dicat interesse extrinsecũ. quod no. z vide.

l ¶ Extrinseci. Utrum debeat haberi ratio in iudicio interesse extrinseci, adde quod not. ea. l. z per Bald. hic.

m ¶ Quodam est. Ex his que hic Bart. dicit, colligũt quidam moderni duo valde not. quod Liber homo. §. fi. hic allega. non habet locum in specie debita, sed solum in quantitate. Secundo d. l. §. fin. de eo. quod totus ille titulus non habet locum, quando certa species esset certo loco reddenda, sed solum quando quantitas sic interesse ratione loci, non habet locum in interesse extrinseco in specie, sed solum in quantitate, quod not. And. Barb.

n ¶ Non factum. Adde l. nummis. de in lit. iur. z hic adde Bart. l. si pena. de verb. oblig. z not. etiam Bald. in l. cum alleg. §. de vi. vide Bald. hic in verb. quero quare gloss. z Bart. in l. ultima. actio. empt.

o ¶ Transfertur dominium. Vide plene Bartol. in l. rebus. cum qui. ff. commo.

p P. PAV. P. ¶ Interesse extrinsecum. Et quod non habeatur ratio talis interesse extrinseci, nisi in pecunia, nõ in frumento, vel similibus, vide Jason. in l. nummis. de in lit. iur. z per hec decisa questio de eo, qui erat debitor alicuius in corbes centũ frumenti certo die z quia nõ soluit creditor eo recidit de iur. empt. quia potuit eos soluere dño vt tenebatur non potest tale interesse pe-

q ¶ Arg. huius. l. vide gl. z Bart. in l. stipulatio ista. ff. de verb. obli.

r ¶ Lucri. Utrum in interesse habeatur ratio lucri, vide quod no. Bal. in l. fi. in princ. §. de fur. z per Bar. hic ver. sequit gl. super ve. veteres. Bar. in l. nummis. de in lit. iur. z hoc etiã Bal. in rubrica adde quod Pet. de Anch. in cle. j. de vsur. §. sane. refert quod Bal. ibi querit, si quis tenetur mihi dare centũ in termino, z nisi det an dammã emergens possum petere ratione more? Et non quod sic non autem lucrum cessans. Subdit etiam dominus Paulus imo etiam credit lucro cessante, si talis erat mercator. quem pro cuius cõsuetum negotiari, alias secus si persona esset talis que tantum esset in arca. alleg. no. per Ly. in aut. ad hec. §. de vsur. Et vide no. hic, z quando habeant rationes lucri cessantis adeo quod agi possit, vide per Bart. in l. fi constante. §. quoties. ff. sol. mat. z vide casum no. in l. socij qui in eo. j. pro so. qui forte non est alibi secundum Jmo. in l. insulam §. vsuras. ff. soluto matrimon. Joan. Calderinus repe.

repe. cap. nauiganti. de. vsur. Et adde hic, que habes in l.iij. §. labeo. de acqui. pos. & vide l. si is. §. fin. vbi heres. ff. de vsur. adde vt per Rom. consi. cj.

s ¶ In maleficijs. Utrum in criminalibus & maleficijs interesse possit excedere duplum facit quod no. Bal. hic in ver. restat querere.

t ¶ Quam quantitatem. Usque ad quam quantitatem interesse possit ascendere, adde quod not. istud §. in ead. l. ad hoc vide Bal. hic, & vide in versic. quid si promitto, & ver. quero si centum.

u ¶ Ratio differentie. Rationem differentie quare interesse non possit ascendere duplum in gloss. ibi, continentibus certam quantitatem, vel scientiam de quibus hic in text. sed in contract. continentibus certaz quantitatem & naturam potest excedere.

x ¶ Officium iudicis. Un interesse petatur per actionē vel officiū iud. adde quod no. Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. in r. & rj. op. de ver. obli. & vide oino in l. j. ff. de ac. emp. & que ibi Bar. & doc.

y ¶ Obligatione dandi. An in obligatione dādi succedat obligatio ad interesse, per Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. in rj. & rij. app. cū seq. de ver. obl. per Bal. hic, in ver. ij. queritur. ver. sed opp.

z ¶ Probetur. Vide Bal. hic ver. quero quomodo probetur interesse. & adde in hac materia, quod aliud est interesse, quod etiā contra non dolosum probatur per iuramentum, vt not. Bar. in l. j. in prin. in v. q. ff. quemad. te. ape. vide quod ibi scripsi. & per Bart. hic.

aa ¶ Temporis preteriti. Ad probādum valorem frumenti in preteritum, adde Bart. in l. ij. §. de rescin. ven.

bb ¶ Actiones. Qualiter autē probetur lucrum cessans, vide Bal. hic in versi. vj. queritur qualiter probetur, &c.

cc ¶ Sed qualiter. No. de interesse singulari probādo per testes. adde Bar. in l. nemo. in fi. de duo. re. & vide qō no. post bar. in l. in hac. ff. de dam. infec. & dicit hic Bal. quod reddere debet testis causam sui dicti etiā non interrogatus. Facit quod no. Bar. in d. §. cū ita.

dd ¶ Identitatem. Adde Bart. in l. ij. §. de rescin. ven. & sequitur hic etiam Bald. in verb. quero qualiter probetur singulare interesse. Vide tamen eundem Bald. in vj. q. in versi. pone.

ee ¶ Ad duo. Et tenet Bart. hic, quod licet interesse sit probatum per vnum testem, non poterit deferri iuramentum in supplementum probationis.

ff ¶ Procederet. Contrarium videtur sentire Barto. in l. nemo est qui nesciat. ff. de duobus reis.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Ultimo. Istud dictum sequit' Are. consl. xxiij. & vide eundem Are. in l. cum seruus, ad fi. de ver. oblig. Adde ter. sing. in l. j. C. de colon. illyric. lib. xj. & ibi no. Bar. & refert Are. in l. diuortio. §. si merces. ff. solut. mat.

gg ¶ Scire. Not. quod licet non probetur directo, tamen iudex ex officio iudi. potest condemnare, quod bene not. & sic not. quod vbi difficilis est probatio, sufficit per coniecturas. Et ita alleg. Bal. in auth. quas acti. C. de sacr. sanct. eccl. Imo. & dicit Bald. in l. si quis in hoc genus. de episc. & cle. quod tortura facta in camera, probatur per indicia & coniecturas. Imo alibi videtur dicere Bal. quod vbi est magna difficultas probationis, statur iuramento. maxime si est parui premidicij secundum eum in l. qui accusare. de eden. Et ad dictum Bar. bene facit l. si id quod ex Pamphila. §. fi. de leg. ij. & ibi Bar. & idem Bal. in l. traditio. §. de acti. empt. vbi vide. & etiā probatur interesse per cōiecturas, vt not. Bal. in l. super. per Bal. hic in ver. vj. qualiter. vide tamen quod dicit Bal. hic. in fi. an vltimis verbis. & dixit Bal. in l. fi. ad fi. de fru. & lit. expē. quod interesse etiam fructuum, probatur per coniecturas predictas. Adde per Fed. in consi. crir. adde no. per Bar. per illum text. an l. non ignoret. de fruc. & l. t. expen. & tex. & Bar. in l. si traditio. §. de act. emp. & Bal. ibi aliter loquit. Adde quod per vnū testē de visu & plures de auditu probat metus seu impressio, secundum Bal. consi. xiij. lib

---

Si à non competente iudice iudic. esse dicatur. Rub. XLVIII.

LEX I.

z ☞ Sententia lata a iudice, nō super eo quod est sibi commissum, sed super alio quod pertinet ad causam, incidenter valet.

a **Iudex.** [a] Continua Rubr. quia quandoque sententia est nulla propter defectum iudicis incompetentis, ideo de hoc hic ponit. Dominus, totus iste titulus istud intendit. † Sententia a non suo iudice lata, est ipso iure nulla, hoc dicit. Oppon. de. l. ediles. & item sciendum. de edil. edic. & §. de ordi. iudi. l. j. de iudi. l. quoties. Huius timore gloss. dicit hic, † quando iudex iudicat super alio, quam super eo, quod est sibi commissum, est aduertendum, quia quandoque illud pertinet ad causam commissam incidenter, vel per modum antecedentis, vel per modum sequentis, & tunc iudex de istis potest pronūciare, vt l. contraria. & hoc est, quod vult hic text. dicere ibi, quam quod ad eam rem pertinet, sufficit enim, vt pertineat ad rem sibi commissam. † Si vero est prorsus extranea, tunc iudex non potest cognoscere, nisi in duobus casibus, per modum reconuentionis. vt l. cum Papinianus. authen. & consequenter. C. titu. iij. Item per modum prorogate iurisdictionis, vt l. ij. §. sed si iudex. §. de iudic. & l. de qua re, §. j.

ADDITIO.

a ¶ Iudex. Limita totum istum titulum, nisi captus suspectus esset de fuga. Ita dicit Alexā. vbi vide in l. cui iurisdictio. de iu. om. Adde secundum Paul. de cast. quod si delegatur causa appellationis, censetur delegata causa nullitatis sententie, vt dicit not. Arch. in cap. j. de capel. mo. lib. vj. super verbo, partium. non sic econuerso. Et predicta habent locum in sententia diffinitiua. Sed si appelletur ab interlocutoria, & cōmittatur alicui causa appel. non censetur cōmissum negotium principale, nisi si dicatur expresse, & ita dicit se vidisse seruari in Romana curia.

LEX II.

Si militaris. Sub precedendi summario continetur, & reuoco in dubium.

a † An iudex delegatus super proprietate posset cognoscere super possessione. Inter gloss. nostros fuit contentio. Finaliter gloss. determinat & bene, dic vt in gloss. not.

LEX IIII.

1 ☞ Litigantes coram non suo iudice credentes ipsum esse suum iudicem. prorogatio iurisdictionis impeditur.

2 Confessio facta coram non suo iudice an valeat.

a **Et in priuatorum.** [a] Sub eodem summario continetur.

1 † Oppon. litigando coram non suo iudice, videtur prorogari iurisdictio, vt l. ij. circa princi. ff. de iudic. ergo valet sententia. Solu. intellige quod hic litigabant credentes ipsius esse suum

2 iudicem. & sic error impedit prorogationem, vt d. l. ij. ¶ † Quero

b quid in confessione facta [b] coram non suo iudice, an valeat? De hoc habemus text. in c. at si clerici, extra de iudi. & dicit quod non

3 gloss. inducit hanc l. in argu. ad questio. † quod ille qui est excommunicatus ab aliquo iudice, & appellauit, desinit esse excommunicatus, quia per appellationem desinit esse suus iudex, sententia ergo eum non adstringit, vt l. j. in fi. ad turp. Nec obst. quod dicit

c gloss. [c] quodquidam dicunt, quod sententia excommunicationis trahit secum executiones, & ideo non potest appellari, quia etiam sententia vltimi supplicij trahit secum executionem, & tamen potest appellari, & extinguitur effectus sententie, scilicet quo ad istum, vt l. qui vltimo. ff. de pe. Et ff. de inuff. test. l. si quis filio & heredato. §. irritum. de test. l. j. Ista gloss. dicit contra casum c. pastoralis. [d] extra de appel. Non obst. quod dicit gloss. de sententia vltimi supplicij, que trahit secum executionem, sicut sententia executionis, quia natura eorum est diuersa, quia sententia excommunicationis non est perpetua, sed dicitur cōditionalis seu medicinalis donec quis purget contumaciam, vel emendet offensam, vt in c. cū medicinalis. de sent. excom. lib. vj. Sed sentētia vltimi supplicij est perpetua, & mortalis, ideo facilius permittitur appellatio.

d

ADDITIONES.

a ¶ Et in priuatorum. Innoc. in c. per inquisitionem. de elect. limitat quod tenetur illi stare, nisi probet errorem. Joan. And. limitat, iurisdictio illius iudicis erat talis, que non poterat prorogari, alias secus in tit. de contu. §. sequitur, versic. quinto credo de ista confessione. Andre. Barb.

b ¶ Confessione facta. Probatur in l. diuus. de cu. reo.

c ¶ Dicit gloss. vide Bart. in l. cum stipulatus sim mihi a proculo de verb. oblig. latius per Bart. in l. qui vltimo. de pen. & adde ca. si cui. de senten. excommu. in vj.

d ¶ Pastoralis. Et ibi per Inno. & Joan. And. in c. preterea. eo. tit.

De pœna iudicis, qui malè iudicauit. Rub. XLIX.

¶ Continua vt in gloss. Sicut Rub. habet duas partes ita in text. ponuntur due leges. De secunda parte rubri. loquitur l. j. & l. ij. loquitur de prima parte rubric. sed authen. nouo iure. loquitur de vtraque. ideo legimus eam in fin.

LEX I.

1 ☞ Aduersario principali, potest dari pecunia, vt patiatur contra se ferri sententiam, si litiget per calumniam. & num. 2.

3 Reus corrumpens iudicem, vel procuratorem actoris, amittit causam, sicut econtra in actore.

a **Constitit.** [a] Hec est lex subtilis & vtilis Bre-

1 uiter dicit. † Qui corrumpit iu-

b dicem, [b] vel aduersarium non principalem, perdit actionem. hoc dicit. ¶ Not. quod qui corrumpit iudicem vel aduersarium non principalem, amittit causam.

c ¶ Opponitur, quod idem sit causa publica, & fiscalis. [c]

ergo hoc superfluum contra. §. quibus. in j. constitutione huius libr. Huius timore exponit gl. publica ciuitatis alicuius. Ista expositio videtur contra l. cū qui vectigal. de verbo. signific. vbi publica ponitur impropprie. vel dicūt quidam, publica ciuitatis Ro. que differt a fiscali, postq̄ fuit trāslata potestas in principē. aliud est Respublica Rom. scilicet Ciuitatis, aliud est res fiscalis, scilicet totius Imperū, vel hic ponitur publica, ad est, criminalis, tene
d quamus. Ulterius op.ᵇ †z videtur qꝺ licet dare aduersario meo
a pecuniā vt l. fratris. §. de trāſ. Due sunt sol. in gl. Una, q̄ ibi loquitur de aduersario p̄ncipali. hic vero nō loqtur de aduersario principali, sed de proc. vel aduoc. quē nō licet corrūpere, z ista est verissima. Alia ponitur in fi. vt distinguamus. Aut datur aduersario, vt a lite recedat, z desistat. z licet, vt in contrario. Aut vt patiaſ se succumbere, z nō licet, vt hic, z vide glo. Est ne vera ista solu. Azo. in tit. de collut. detegē. tenet qꝺ regulariter licet corrūpere aduersarium p̄ncipalē. fallit in causa libertatis, vt in illo titu, z tit. ad l. visel. Itē fallit in causis popularibus, vt l. cū qui. §. in popularibus, de iureiur. Itē fallit in causis spiritualibus, vt extra in tit. de collut. dete, in alijs casibus licet aduersariū corrūpere, vt patiatur contra ferri sentētiā, immo debet iudex ferre sententiā secundum quod partes volūt. Text. est in l. si cōuenerit. ff. de re iudi. z predicta vera in ciuilibus, in criminalibus. j. tangam. Redeo ad ordinē. z gl. opp. quod aduersario p̄ncipali nō licet dare, vt l. in summa. ff. de cōdi. inde. Sol. illud, qꝺ dixi, est verum secundum gl. nisi aduersarius litiget per calumniā. quia tunc sibi licet dare, z vide gl. ista solu. z contrarium nihil ad hanc legem. Nam si quidem queritur vtrum

doque inter omnes opinio.est vna, que ab omnibus communiter
d approbatur^r & communiter obseruatur,z tunc si elegit aliaz opi. non bonam punietur eo modo,quo dictum ſ.q; minime sunt immutanda.ꝛc.vt l.minime.ff.de leg.z l.ſi de interpretatione.ff.eod. ti.si vero sunt opin.ita fortes quod quandoqz obseruatur vna,z quandoqz seruatur alia,vt in opinione que est in materia compẽdiose facta per verbum commune.tunc iudicem putarem excusandum,quia errauit errore probabili.imo propter opin.lex dicitur incerta.vt habuistis no.in prima const.C.ſ.gbus.Et pro hoc tunc facit quod not.in l.j.ſ.de iur.z fac.igno.Ultimo querit gloſſ. an istud,quod datum est iudici possit repeti,dicam statim super ista authen.que sequitur.

ADDITIO.

a ¶De eo qui pretio.Et adde ꝙ error ex causa probabili,facit ꝙ iudex non tenet^r in aliquo,parti lese.gl.est no.r.q.iij.c.temerarium.
b ¶Oppo.Et videtur no.quod si iudex interponat decretũ actui ipso iure nullo,non facit litem suam,fm Bal.in l.j.de tu.z ra.dist. nde tamen quod no.Bal.in l.erigendi.de procur.
¶Religioni iudicantis.Hoc est verum,niſi illius sententie facta esset executio,quo casu tenebitur etiam in toto interesse,z in tota estimatiõe litis,per id qđ no.Bal.in l.obseruare.ſ.pficisci.in xvi. q.ꝙ diri in l.j.ff.de app.posuit z Bal.in l.pe.ſ.de pac.qũ iudex teneatur,si eius sentẽtia est nulla,z vide ſ.z ibi not.z vide Bald.z Bar.si iudex exceptionem admittat debite,vel indebite pũctiat se iudicem cõpetẽtem.an teneatur ad interesse totius cause.¶De dictis adde qđ dicit Bar.in consi.incip.in questione presenti considerandum.z per interlocutoriam ipso iure nullam dicitur pars grauari.saltẽ de facto,z per appellationẽ ab ea,cã deuoluntur ad superiorem.alleg.Inno.z Jo.And.in c.delicto.de appella.z diri ſ.quando sententia est nulla,vide Bald.in l.ſi vt proponis,quo.z quando iudex.Et adde hic qđ vbi sunt opi.non est recedendũ ab opi.gl.saltem in consulendo z in iudicando,z ob hoc dicit Bald. in l.j.de vulg.z pup.z ibi Jnno.sepius consuluisse pro gl.z no.Ja. Buc.in l.ſ.qui pro sua iurisdictio.z Bal.hic in l.ſi.z ꝙ no.Cy.in l.j.C.de act.z obl.in j.opp.in fi.z Ang.in l.ij.ff.de accuſ.z Bart.in consi.incip.Andreolus.z Jo.And.in c.j.extra.de const.z Inno. in c.ne innitaris,eo.ti.Et dicit Bal.in l.ij.in prin.ſ.de sen.que sine cer.quantita.ꝙ in dubijs ordinaria opinio est tenẽda.Et de materia vide p do.Abb.in c.j.de re iud.Et adde Bal.in c.j.ſ.iudices. de patr.fir.Multa ponit in hac materia,vide,z adde ꝙ in dubijs cõis opinio est sequenda,niſi notorie male dicat,vel rationabiliter cõuinci possit,ꝙ iudex bonus acutissimi ingenij estimabit, secundum Jo.And.in c.j.de consti.per c.capellanus.de feri.z ibi ad hoc.Abb.Mod.a'leg.Li.C.de veter.in.enucl.z quod no.Inno. in c.cum speciali.de appel.quam partẽ tenere debet iudex quando sunt opin.hinc inde.quod dicit Bar.in l.quod Neruа.ff.depositi.z adde Bart.in l.cuin prolatis.ff.de re iud.z latius per Bart. in questione sua iudex per imperitiam.adde ad hoc quod not.dicit Barto.quod sententia lata inter opiniones dubias,valet,sed per appellationem rescinditur,si contrariam conscientiam iudex appellationis habeat.ita dicit not.Bart.in l.iij.ſ.hoc autem iudicium.in vlti.versic.ff.de damn.infect.Bene facit.l.fin.z ibi glos. Bart.z Bal.ff.quod cum eo.z adde quod not.dicit in l.cum prolatis.post Jnnoc.in c.ne innitaris.de consti.z not.Mod.in l.ſi expressim.de appel.Adde que not.Mod.z do.Abb.in c.j.de re iud. dicit Joan.And.in c.capellanus.de ferijs.per ter.tamen tenet ibi glo.quod ille,qui facit contra legis preceptum.in cuius intellectu sunt opin.non peccat, immo excusatur ab omni culpa.quod not. z hic adde Bal.in l.mãcipia.ſ.de ser.fugi.Et id quod diri ſ.quod sententia lata inter opi.dubias tenet. Dic quod etiam tenet,etiam si post constitutionẽ fuerit declaratum talem opinionem malam esse. Jta dicit Bal.in l.ſi.ff.de iust.z tur.Et dum diri opin.sequendam.allego primo illud Catonis, Judicium populi nunquã contempseris vnius.l.j.ff.de officio questo.in ver.ſi crebrio. apud veteres opin.est.z in l.j.ff.de na.z l.athletas.ſ.j.ff.de his qui no.infa. cin charitatis.xxvj.distinct.ca.de quibus xx.distinct.c.quidam.de penitẽ.z remiſ.z Jnnoc.in c.ne innitaris.de consti.glos.in c.j.de postul.z ela.in vj.Bald.in l.observare.ſ.proficisci.ff.de offic.pro con.z in l.athletas.z Ange.in l.cum prolatis.ff.de re indic.Et in dubio est tenenda opinio,per quam omne cuitatur peccatum,cle. grim.de verb.signific.z inuenis.de sponſ.ca.vnico.de seruti.z dum dictum est, quod tenenda est opin.glos.adde quod de accuſ.dicit. Bart.in l.j.ff.de concuſ.z ibi diri post eum.z vide de communi opin.in consi.lij.z consil.cccl xvj.z etiam de limitatione communis opin.quando non sit tenenda,vide in consi.collegij Pap.Et adde quod licet Bart.in l.ambiguo.ff.de re.dub.quod quando vna lex habet plures lect.non licet sumere arg.ab ea.niſi ab alia l.vel opi. firmetur.tamen dixit Bart.in prima constit.Cod.ꝛc.in versi.item oppo.dicitur hic,ceteras quod iudex sententiando secundũ opin. non dicitur continere expressum iuris errorem.vide per eum,

d P. PAV. P. ¶Communiter approbatur. Qualiter istud procedat vide ono multa que habes addita in Berta.in versi.cõmune.

AVTHENT.

1 ¶In delictis non est locus penitẽtie,niſi sint occulta,vt facilius manifestentur.
2 Periurium non potest argui,niſi iuramentum fuerit necessarium.
3 Qui dedit pecuniam iudici vt iudicaret pro se,vel vt eum secundum iustitiam expediret,non potest eam de iure nouo repetere.

a ¶Quo iure. [a] Diuidit in duas partes principales. In prima loquitur, qñ aliquis arguit iudicẽ de corruptela z probat.Secundo quando arguit,z non probat.Secunda ibi,sed si datũ. Prima subdiuiditur in duas partes, quia primo dat modum arguendi.Secundo punit corruptum.Secunda ibi,sed qui accepit. Secũda pars subdiuiditur in tres partes. Primo,ponit qualiter puniatur ille,qui non probauit. Secundo qualiter puniatur ille, qui sacramentũ purgationis subire noluit. Tertio,permittit partes post sacramentum de nouo conuenire. Partes videbitis in litera. Secunda ibi. Sed si persona. Tertia ibi,sed si quis litigantium. Primo oppo. † quod in delictis non sit locus penitentie.vt de fur.l.qui ea mẽte.Sol. Fallit in casu huius authẽ.vt ista delicta ita occulta manifestentur facilius. Item opp.dicitur hic confiscatis bonis,contra de bon,dam.authẽ.bona damnatorum.z in authẽ. vnde sumitur.vnde dicit glos.fallit hic. Tu dic quod ibi loquitur in his, qui post sententiã mouentur. hic in alijs qui superueniunt post sententiam.vt j.dicam z diri in l.j.ſ.de bon.dam.Item oppo. dicitur hic,quod ille,qui probare nõ potuit, punitur.contra a.ff.ad
2 Tur.l.j.ſ.j.Sol.vt in glos.Ultimo glo.opp.z videtur † quod periurium nõ possit arg.vt l.j.ſ.de reb.cre,ſo.hic fallit in isto iuramẽto necessario.Simile in l.admonendi.ff.de iureiur. ¶Ultimo quero,
3 † vtrum pecunia data iudici possit repeti. [b] Hoc examinat glos.in l.iij.in fin.ff.de cond.ob turp.cau.Tu dic tria verba,si loqueris de iure antiquo, aut quis dedit pecuniam iudici,vt iudicaret pro se, z nõ potest repetere, quia etiam ex parte sua versatur turpitudo, vt l.ij.Si pecuniam dedit iudici,vt eum secundum iustitiam expediret.tunc turpitudo versatur ex parte iudicis,sed ex parte dãtis, non, merito repeti potest,vt l.penult.ff.de condi.ob tur.cau. Sed si queris de nouo iure,tunc nullo casu habet iudici dare,vt in authẽ.vt litigantes iurent.circa princip.tunc non liceret repetere.[c]
c quia etiam ex parte sua versatur turpitudo.Hic dicitur,dedit.vel
4 promisit. † quero, quid si non dedi vel promisi pecuniam.sed pro
d misi eum seruare indemnem [d] tempore syndicatus? Cogita tu de Digesto nouo, quia hoc anno diri z forte in l.ſi quis vroi.ſ.ſi furtiuũ.de furtis,diri in l.ſi a reo.ſ.illud quod vulgo.ff.de fideiuſſ.

ADDITIONES.

a ¶Nouo iure.Vide Bart.in l.transactio.C.de transac.z per illum text.dicit Barto.in l.iij.ſ.fin.ff.de condi.ob turpem causam.z in l. non omnes.ſ.fin.ff.de re indic.z quod potest fieri statutum, videlicet quod pena remittatur consortis.
b ¶Possit repeti. Et quid in testamento,vide Bartol.not.in l.j.in princip.ff.de fal.adde glos.in l.ij.ſ.eod.
c P. PAV. P. ¶Non liceret repetere. In contrarium vide Jaſ.in l.j.ff.de condi.ob turp.cau.vbi etiam ponit de eo quod dicit Bar. in fi.de promissione constet iudeum iudicem.
d ¶Seruare indemnem.Tene meum singulariter dictum quod iudex potest petere sibi cauere de indẽnitate, propter syndicatum. vide Bald.in l.j.ſ.de condi.ob turp.cau.z ibi habes post Barto. remissiue.ff.de condi.ob turpem.causam l.j.

Sententiam rescindi non posse. Rubr. L.

LEX I.

a ¶Neque suam. [a] † Sententia, per quam re
1 scinditur propria sententia vel predecessoris,est ipso iure nulla.hoc dicit. ¶Opp. supra,si aduer.rem iudic.per totum de precib. Imper.
2 offer.authẽ.que supplicatio.Dic † quod quandoque quis vult reuocare sententiam proprio motu,z tunc non potest. Et ita loquitur niſi sit sententia interlocutoria, vt l.post sententiam, supra de senten.z ff.de re iudi.l.quod iussit. Sed si vult omnia reuocare,remedijs proditis a iure, potest. Sunt autem illa remedia, in integrum restitutio, supplicatio,z appellatio,z nullitas, z exceptionis obiectio. Et vide gloſſ.que hic ponit notabiliter.

ADDITIO.

h ALEX. ¶ Abbate. Jn eo quod dicit de Abbate, z misi ratum habuerit, vt not. gl. in c. cum dilecti. de ordi. cogn. in iij. glo. tangit tam in l. i. ſubemus. §. de sacrosan. eccle. in vlt. gl. z ibi Bartol.

i ALEX. ¶ Credens ad hoc vide gl. z que dicta sunt in prin. §. post vers. gl. z bar. in l. sequitur. §. ſi fundum. ff. de vsuca. Et quod di xim primo huius legis, z an hec l. habeat locum si tu me expulsi sti ego te incontinenti expuli. an tu z ego incidamus in hanc pe nam, vide gl. in l. ſi quis ad se fundum. z ibi bar. C. ad l. Jul. de vi.

k ALEX. ¶ De magistratu. Circa istam partem quero, vtrum habeat locum in rebus ecclesiasticis, vel minorum, z vide que §. dixi in princ. huius legis.

l ALEX. ¶ Superficiarius, z similes. Quid in feudo, vide bald. in l. pe. §. fi. a non comp. iud.

m ALEX. ¶ Extraneus abstulit. Vide bar. in l. iij. §. Merua. ff. de acquir. pos. z ibi docto.

n ALEX. ¶ Predictavera. Vide in l. cum creditor. ff. de fur.

o ALEX. ¶ Aduentum. Et vnum scias, quod si quis aufert mihi rem meam. z alteri dat, potest absque partis citatione reuo cari secundum Jnn. in c. querelam. de elect. dicit Spec. contra m tit. de primo decreto. §. restat. versi. quid ad quod vide, que dixi post bartol. in l. de vno quoque. de re iudic.

p ALEX. ¶ Libellum. De libello in interdicto vnde vi, qualiter libellus formetur ex sententia. vide quod no. bal. in l. pen. de sen. que si. cert. quan. z in §. quadrupli. Institu. de interdic. z per Spec. in tit. de restit. spolia. §. j. z bal. hic in princip.

q ALEX. ¶ Rem communem. Adde per doct. in l. ſi quis posthac. j. de bono. prescrip. z per Lud. in l. finita. §. & vectigalibus, de dā. infec. Ad hoc vide no. qz. bal. in l. antiquitas. §. de vsufructu. dixi post bar. in l. Statius Floxus. §. Cornelio. ff. de iure fisc. per bal. hic z bal. in l. j. §. de ope. liber. p Ang. z Jmo. in l. cozū. de dā. infec.

LEX VIII.

1 ✠ Contra violentos proceditur summatim, z non obstante alia qua exceptione. z sine libello.

Momentarie. Tu debes scire, qs pcedē tes cōstitutiones, z sequē tes, excepta hac lege z sequē. tractāt de modis agēdi cōtra violētos, z de modis puniēdi eos. hec l. tractat de modo procedendi, lex vero sequēs de modo probādi. Hec con stitutio legitur in princ. duobus modis. ¶ Primo modo, qs lo quatur quādo contra possessorē tantum cōmissa est violētia, secū do qs loquatur in quolibet interdicto, secundum primū. hoc di

1 cit. † Violentia commissa contra possessorē nō semper punitur ac cusatione l. iul. de vi publ ca vel priuata sed quando similiter agi tur per interdictū in quo proceditur summarie, z sine inscriptiōe, z spoliatus ante omnia est restituēdus. h. d. ¶ Opp. z videtur q causa possessionis non sit momētanea, qz aufert dominium, vt §. l. priori. Sol. quādo agitur condictione ex l. precedēti, z nō est iudi cium momētanee possessionis, immo ppietatis. Sed hic logtur quando agitur interdicto vnde vi. Sed nunc opp. extra gl. si ma gnum est cōmodum possidendi, vt insti. de interdi. §. retinendi. er go, ꝛc. Respon. qs dicitur momentanee, intelligas aptitudine, qz possessio est apta modico tēpore apud possidentē esse, si moueretur questio de proprietate ab eo, qui haberet, ius licet actu, quā doqz multo tēpore duret. Opp. adhic qs dicit tex. nō semper pti net ad vim publicam, vel priuatā. Nam omnis vis, aut fit cum ar mis. z sic aut est publica. aut est priuata. ergo semp ptinet ad vim publicā, vel priuatam. Bl. huius timore dicit, quod non semper pertinet ad vim publicam, scz qz quandoqz ad priuatam. Itē nō semper pertinet ad priuatā, qz quādoque ad publicam. Istud di cit glo. j. ibi in fi. Vel aliter expone illud qs dicitur momentanee possessionis, scz vnde vi, z q sequitur, non semper ad vim publicā vel priuatam pertinet exponere, id est semper expeditur per accu sationem criminalem, vt l. iul. de vi pub. vel priua. sed qnqz expe ditur ciuiliter per interdictū, z tunc exponitur mor. id est sine in scriptione. Vista lec. tangitur in seq. q. z hoc videtur sentire Rofr. z hoc tenebat expresse do. Jaco. butr. quod placet. ¶ Secdo mo do legitur, z secundum istam lect. breuiter dicit. Causa momenta nee possessionis non semper habet originem a vi, vt semp debeat agitari mor, id est sine inscriptione. h. d. z ibi interdictum in gene re, accipe pro interdicto adipiscende, vel recuperāde possessionis, ibi, vel priuatā, qz qnqz habet locum vbi nulla cōmissa est vis, vt

2 in interdicto adipiscende, vel retinende possessionis. † Modo fm vtranque lect. quero, quid est hoc dictum, mor audiri. Certe, put intelligitur primo modo in interdicto recuperande pos. intelligit mor, hoc est, non obstante aliqua exceptione, qz spoliat⁹ ante oia est restituendus. Itē proceditur summatim. Prout intelligitur secundo modo in interdicto adipiscende vel retinende possessio nis, intelligitur mor, id est, summatim, qz non admittitur aliqua exceptio que requirat altiorem indaginē, vt dixi vobis plene §. quo. bo. l. j. z vide gl. ad idē facit §. eo. l. meminerint. in eo q dicit il lico. Quero, quid est hoc dictum sine inscriptiōe. Certe pōt intel ligi sine libello, qz fm iuta aneiqua libellus non requirebat, vel potest, sine inscriptione, id est, quo ad penam talionis, se non ha bet necesse inscribere.

LEX IX.

a a* Si quando. modo z ordine procedēdi. hic ha
* bes de modo z ordine probandi, z breuiter. h. d. † Difficultas probationis, z odiū delinquentis, facit vt admittatur pro batio per iuramentum actoris. h. d. Simile habes extra q met. caus. c. fi. Oppo. iuramentum in litem non habet locum, misi in ac tionibus arbitrarijs, z bone fidei. vt l. in actionibus. de in lit. iur. ergo hic non habet locum. Sol. Ibi loquitur de iuramēto in litem, qs est affectionis, hic loquitur de iuramēto veritatis. Ita sentit gl. ibi, z bene, q apparet ex isto tex. cum dicit estimationem

2 rerum, quas perdidit, ꝛc. † Ex hoc habes colligere practicam in modo iurandi. Non enim debet quis iurare, quod pro tan

to noluit perdidisse illas res, ſz debet iurare tantū i veritate esse estimationem rerum, z sic iudex debet referre, &c. Opp. z videtur quod hic post latam sententiam super violētia agitur, ad estimationē dāni, vt innuit principiū tex. dum dicit, si quando, &c. Itē in eo qđ dicit, deinde, z sic est cōtra l. iuj. §. depoſi. Sol. duob. mo. vel dicas qđ hic totū veniebat in vno iudicio, q1 petebatur per interdictū vnde vi, restitutio possessionis, z rerū perditarum, secundum formā l. j. in pūn. ff. vnde vi. z tunc qđ hic dicit, inde &c. denotat quandā ordinē inter principale, z accessoriū, q. d. principaliter agebat de vi, secūdario de rebus, z hoc modo concordabit cū contrario. Sedo poteſt intelligi, q1 primo fuit actum condictione ex hac l. si qs in tantā. vel interdicto vnde vi. z de rebus alijs immobilibus perditis nihil fuit dictū certe si postea agebatur nouo iudicio vi bo. rap. vel cōdictione furtiua, vel cōdictione certi, vel sine causa, fiat pbatio, secūdū qđ hic dicit. Nec ob. l. iuj. §. depoſi. q1 ibi nō cōpetebat actio, sed debebat peti iudicis officio mercenario. Opp. secundo qđ hec lex nō possit, &c. Aut enim quis petebat res, z nō pōt fieri cōdemnatio in estimatione, vt l. fi. §. de fideic. li. z. vt fundus, cōmuni diui. Aut quis petebat id, ad qđ actio nō cōpetebat, vt l. si ſerui. §. fin. de verb. obl. vnde debebat sequi absolutio. do. Ror. p soluēdo istud cōtrariū inuoluit se multū. Ego breuiter dico, qđ hec lex procedit quolibet modo. Nā si peto rē, pōt fieri cōdemnatio in estimatione, si res non reperiē, vt l. iul. ff. de cōſe. no. in l. fi. ff. q. seu. sine app. rescin. Item dico, qđ poteſt peti estimatio, si res iſte ablate, sunt perēpte, vel nō apparet. Nec ob. l. si ſerui. §. fi. de verbo. obl. q1 ibi erat nil obligatione rem dari, hic erat in obligatione rem restitui, in quare perempta poteſt peti estimatio, vt l. in re furtiua. ff. de cōd. fur. Do. teſt etiā condici res, vt l. j. §. qđ met. cau. z ibi dicā. Istum passum examinaui plene in l. stipulationes nō diuiduntur. ff. de ver. obl. pu. to etiā, q. poſſit dari libellus alternatiue hoc modo, peto ipsum condēnari ad rem, vel si res nō appareat, ad eius estimationem. arg. eius qđ no. de act. empt. l. j. in pūn. gl. magne. z l. ij. §. item si in facto. de ver. obli. z dixi in d. l. stipulationes non diuiduntur. Itē op. actor debet pbare intentionē suam, nec ei defertur iuramētū, nisi qñ sem plene pbauit, vt l. in bone fidei. §. de iureur. z ff. de iureur. l. admonēdi. Sol. Dicit gl. hic, z bene, ſpeciale est in odium delinquentis, propter difficultatē probationis. Ex hoc qđ dicit ſpeciale in odium delinquētis, apparet manifeſte, qđ primo debet de delicto cōſtare, scilicet qđ vis fuerit facta, tunc de estimatione defertur iuramētum. Ita loquitur hic, qđ apparet ex principio
3 duz dicit, si vis fuerit patefacta. Ex hoc apparet arg. †statutum bononiēſe dicit qđ si factū fuerit scholari furtū, qđ victima teneat ad res sibi ablatas, declarādas sacramēto scholaris. Certe opor tet primo cōſtare furtū factum esse, deinde deueniatur ad sacramentum scholaris. Hic est tex. pro hoc tex. ff. qđ me cau. l. si cum exceptione. §. in hac. extra, qđ met. cau. c. fi. Sz qualiter probabi
4 tur furtū factum, dica statim in sequen. q.
b tum in ciuitate ista, qđ si aliquis fuerit derobatus in comitatu, villa, vel castro, qđ villa, vel castrum, in quo sit delictum, teneatur emendare. De modo probandi, statutum nil disponit, vnde, dero batus venit ad curiam z probat se derobatum per testes, an de quantitate, z estimatione rerū, stetur iuramēto eius? Bio. in d. l. in actionibus, de iu litē iurā. z in l. in bōe fidei. §. de iureur. videtur velle qđ sic, in eo qđ dicit qđ ratio huius l. est propter difficultatem probationū, que difficultas habet locū etiam in casu proposito. Bl. hic videtur contrarium dicere in eo qđ dicit, qđ ratio est difficultas probationis z odium delinquētis. z vide gl. super verbo, manifeſtet. Sed hic villa, vel cōmune, nō cōueniūtur ex suo
* delicto, vel dolo*, sed ex quasi delicto, vt l. ex maleſi. §. is quoqz. de act. z obl. Ergo cōtra eā nō defertur iuramentū. Pro hoc videtur tex. in l. j. ff. quādo ex facto tuto. z idē ibi tenet Dy. idē Jaco. Butr. z Ly. z omnes docto. Qualiter ergo tūc probabitur quātitas, z estimatio rerū ablatarū? Certe doc. dicūt, z omnes concordant, qđ probabitur eo modo, qđ poterit, per familiā, z socios suos. q1 aliter nō admitterentur arg. §. de repu. l. consensu. z l. de submerſis. z l. quoties. de naufra. lib. xj. Itē probat per alias cōiecturas, q1 vilius est deponere in hoſpitio, in valuta. seu fardello tot res, assumere tantā pecuniā. z simulta, z iſte probationes iudicis arbitrio relinquūtur, arg. l. iū. §. idē diuus. ff. de teſt. z habitis istis presumptionibus, in defectum probationum, poterit deferri iuramentum, per l. in bone fidei. z per l. admonendi. ff. de iureur.
5 non ex vigore huius l.
c Eodem modo dico de eo quod supra dixi de furto, qualiter probatur furtum scholaris? certe per familiares, z socios, qui de nocte sentierūt furem, z q viderunt res tales in domo, z postea non reperiuntur, vt inuenerunt murum fractum, vel ostium ruptum, z alia similia.

ADDITIO.

a ALEX. Si qñ. Nā l. limita no. vt per Lud. in d. l. admonendi. de iureur. Et vtrū ista locū habeat in damno dato pro furto, satisfacit hec l. qđ sic. Ad hoc etiam l. dāni. la. §. ff. de dam. infec. z ibi per Lud. z bal. tenuit in l. nauta. §. fi. per illū tex. nau. cau. In cōtrarium tenet bar. in l. si res. §. de oēdi. cog. z Jun. in c. fi. ac de que super hac l. statim, scripſi. Itē hec l. nō habet locū vbi criminaliter agitur vt notāter voluit bar. in l. fi. ff. de in li. u. vide tū qđ scripſi. Item habet locū qñ ageretur cōtra denudatum: secus si contra tertium, vt no. bar. videtur velle per illū tex. in l. j. quando ex facto tutoris, z satis sentit bar. hic, saltem in ratione sui dicti, in vlti. q. que incipit, quero. dicit statutū, z qđ no. doc. in l. j. §. de sen. qđ pro eo qđ interest. Itē habet locū quādo damnum est datum dolo, secus si culpa est lata per id qđ no. gl. p bar. hic, in d. ver. quero statutum, z d. l. semper. Et per hoc not. qđ si damnū esset datū in omittendo nō statur iuramento dānum passi. adde ad hoc quod habetur in l. argentarius. §. cū autē. ff. de eden. hec l. nō haberet locum per no. per bar. hic in verſi. q1 maius delictum est in committendo, quā in omittendo, secundum no. in l. si merca. so mat. facit qđ legitur, z not. in l. diuus. ad filla. Et licet hic dicatur qđ iſtetur iuramento dānum passi, dubiū est. an possit per iuramentum probari cōtrariū per reū. de quo per. Ang. in l. q bona. §. qui dam ni. z de dam. infec. z ad predicta vide no. per Lud. in l. damnū que est l. iij. de dam. infec. Itē, pcedit hec l. sēm aliquos qñ iurans eſt set psona honeſta, ar. l. nō omnes. §. a barbaris. de re mil. z Lud. in l. dāni. Itē adde qđ creditur persone digne, absqz iuramento vt episcopo, in casu hui⁹ l. absqz iuramēto, sedm Jnn. in c. super de sen. excom. c. j. rj. q. j. z ibi gl. Huic subdo qſtionē no. domin⁹ territorij, pmisit quibusdā mercatoribꝫ, i suo territorio depdatis, soluere omnē quantitatē, q. pbabitur deberi ab ipſis robatoribꝫ sub pena duplī, pbatur qđ robaria fuit facta de certis rebus, ſz eorū estimatio nō, pbatur aliter quā per iuramentū, z tamē secuta est condēnatio contra dominū in centū, quā condēnat. onē dominus nō soluit, queritur an dominus teneat. Et bal. in l. j. §. consuenticula. de pa. in. fir. arguit pro z cōtra, finaliter decidit qđ nō, q1 de pena nil fuit cogitatū. nec iudicatū. ff. de cōdi. ide. l. si. §. fi. z per alia multa, de qbus ibi, vide p eū notabiliter bar. in l. solet. ad fi. de ali. z cib. leg. z videtur qđ hec l. non procederet qñ si aliquis luerū pdiderit, q1 varia sunt. l. peculus. de dā. infec. Sio hoc qno. Barto. z doc. in l. nō simpl⁹. §. j. de le. j. Itē hāc intellige, secundum doc. habita cōsideratione ad qualitatē, z conditionē psone spoliate iurātis, vt si robatus sit rusticus, nō est credendū qđ habuerit libꝛos in domo, Itē ad intellectū z limitationē hui⁹ l. vide no. bal. in l. eos. ad fi. ff. nau. cau. fra. Itē limita nisi iudex videret ipsum velle deierare, quo casu nō iurabit, fm bal. in l. j. C. si aduer. lib. Item hz locum hec l. in **furto presumpto**, vt ptz ex notatis p Ang. in l. si qs. adde q licet ista l. proprie loquatur in violētia expulsiua, z ablatiua, tñ doc. extēdūt ad turbatiuā, z aliū casuz fm doc. Imo dixit bal. alibi, qđ habet locū in furto in l. hac edictali. §. iniuriā. ver. furtū. de pa. in. fir. facit etiā qđ ipse no. in d. §. cōuenticula, z gl. iij. q. iij. in fi. videtur extendere istam l. ad oēs violentias. de quo vide ibi. z vide q. §. dixi. z adde Jnn. z Jo. an. in d. c. fi. q. met. cā. z gl. fin. in c. dilecti. de fo. cōp. z q no. bal. in l. qui accusare. §. de edēd. z in l. j. §. q. met. cau. Et posset in hac l. queri, quid si lex vel statutū disponūt debere credi, de dāno dato, vsqz ad certā summā iuramēto creditoris, vtrū iudex possit sequi nō iuramētū, si inuestigādo apparet id qđ iuratū est nō esse verum. Et Jac. de Are. per illū tex. in l. qui bona. §. qui dāni. dicit qđ hoc iudex pōt. Et videtur velle Ly. z doc. hic. Si autem statutū diceret credēdū esse relationi saluarij, iudex nil aliud inuestigabit. fm Ang. in d. §. qui dāni. Fatetur tñ, qđ damnum patiens ex tali inuestigatione saluarij poterit reuocare contractum, si eius relationē falsam docuerit, alleg. no. per Jac. bu. in l. j. §. si aduer. li. Et pro do. Ja. but. z Are. facit qđ no. Jac. bu. z bal. in l. j. §. de re iud. vbi dicit. q si statutum dicat, stetur dicto officialis, est verū, nisi probet ītum. Facit qđ no. Jo. and. post Jnn. in c. q1 propter. §. illud. de ele. vbi dicit q licet impedimētuz periurātis probari possit, probatio tñ in cōtrarium admittitur. z q iudex poteſt postea perquirere, an sit verum. Item pro hoc facit q no. bar. in l. si cui. §. ijsdem. de accus. z q ibi dixi post bar. vbi allegaui ca. ij. in ver. affectata. de tēpo. di. lib. vj. Item pro eo facit quod not. bal. in l. contra negātē ad l. aqui. z bal. in d. l. j. si aduer. lib. z quod not. bal. in l. si turris de peri. tu. licet Bal. in locis prealle. videatur tenere Jmmo. l. §. de reb. cred. z ar. l. fi. de in lit. in. De qua materia per Jgin. l. qui restituere. de rei ven. latissime reliqua per Jmo. ar. ſ. mi. z ibi vide firmare quod regulariter impeditur vnde. ſ. in casu quē ponit Jac. de Are. z in casu quem ponit Jmo. quod pars semper possit probare cōtrarium. Fallit tamen aliqn. ſc. de quo ibi per eum. Tamen videtur limitādū. nisi statutū haberet iuramētū pro plenaria probatione, quo casu probatio in ītum nō admittitur, secundum gl. no. in cle. j. de probat. Item similiter nisi statutū vellet omnimodo fidem iuramēto adhiberi, secundum gl. no. in cle. j. de fo. comp. Alias autem procedat id, q. tenet

d. Jo.

Jo. Pro quo optime facit l. magis puto. §. ne passim. de re. ecc. vbi semper etiã iudex inquiret de veritate. Si autem dicat statutum, qõ stetur cõsciẽtie alicuius, an admittatur probatio in contrariũ, vt casus qõ sic, in causa nimis prætiudiciali. in cle. j. de iurpat. Secus si nõ sit nimis præiudicialis. est gl. in c. statutũ. §. assessorem. de reser. in vj. quas gl. videtur intelligere bal. in l. j. §. de iure iur. z in l. nemo. §. de fur. ¶ Itẽ ista faciunt ad illud qõ dixi post Bar. in l. si is a quo. ff. vt in pos. leg. Et circa id qõ dixi §. de conscientia, vide not. Inst. de act. §. sz iste. Adde qõ bal. in c. j. in pnc. vbi inuestit. lis oriat. dicit ibi in tex. in ver. credatur, tñ potest reprobari, vt p But. in l. j. ff. de re iu. z ideo facit scõm eũ ad statutum, qõ creditur iuramẽto alicuius. Poterit tñ queri de piurio nisi statutũ figat pedẽ, z noluit vltra ingri. Alleg. no. per mod. in d. l. si aduer. li. z vide l. semel. z qõ ibi per doc. j. de re mil. lib. xij. z gl. no. z ibi habẽt in l. si. de in lit. iu. Sz adde Sali. in l. ea. quidẽ. j. de accusa. Bal. in l. ait prætor. in pnn. ff. de iureiu. z qõ no. Bar. in l. contra negãtẽ. ad fi. ad l. aqui. vbi per aspectũ iudicis põt probari contrariũ. Et istis adde no. per Bal. in l. j. §. de reb. cre. z dicit bal. in rubr. §. de proba. qõ scõm rei euidentiã potest probari in Zium, z predictis adde bal. in l. j. §. de peri. tu. z Ang. in l. qui vas. in pnn. ff. de fur. z bal. i l. j. §. diuus. ff. de test. mil. adde Abb. in ca. ppositi. per illã tex. de proba. inucta gl. z dicit simpliciter quod omnis dispositio qua cauetur stare iuramẽto alterius, intelligitur nisi pbetur cõtrarium. z no. qõ papa non potest facere quod stet dicto partis cõtra aduersariũ. iij. q. viij. c. indicas. Et si statutũ dicit, qõ in causis dãnozũ datozũ, stetur iuramẽto, z si aliquid incidit in causa, determinetur per iuramentũ. Bald. in l. j. §. de reb. credi. z debet intelligi qõ stetur iuramento, vbi nõ potest aliter probari. z sic in subsidiũ. gl. in c. statutũ. de reseri. lib. vj. §. j.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Si quando. Nunquid autez hec lex habeat locũ. etiã si nõ agat ex violentia aduersarij, sed simplici dolo. z qõ agit ad quadruplũ, vide per Alex. cõs. ciij. volu. j. Et nũqd in delatione iurꝫ de quo hic requirit citatio partis vel presentia, vide per eũdẽ Alex. cõs. cxxx. circa mediũ, vol. j. Nũquid aũt heredi possit deferri hoc iuramentũ vide Bald. in c. j. in tit. si de feud. inter do. z vasal. his oriat. qui reliquit cogitãdũ. Item an debeat allegari difficultas probationis, vide Roma. consi. lxxvij.

b ALEX. ¶ Dicit statutũ. Vide qõ no. Bal. in l. j. §. de re. cre. Et pro hoc vide gl. in l. semper. §. hoc interdicto. qõ vi aut clã. z quod no. dec. in l. j. §. de sen. que pro eo qõ interest. z no. bar. in d. §. hoc interdictũ, sequitur Bal. hic. z Jo. And. in d. c. j. de rapto. ¶ Itẽ hanc l. limita, quo ad probationem damni, secus quo ad fundandam iurisdictionem iudicis, secundum Bald. in l. prescriptione. si contra ius vel vti. in l. j. §. de re. cre. Jo. An. i c. j. de fo. cõpe. in vj.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Ex suo proposito vel dolo. Requiritur ergo dolus vt habeat locum dispositio huius l. z ita in terminis dicit Jo. And. in addi. ad Specul. in titul. de empt. z Jmo. in c. j. eod. tit. in antiq.

c ALEX. ¶ Probatur furtum. Adde Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. pe. ff. de eden. z Spec. in tit. de fur. ad fin.

LEX X.

1 **Non abre**- Breuiter dicit, †Qui possessionẽ alieno nomine tenent, ti in ea restituenda vsqz ad sententiam fuerunt negligẽtes, z cõtumaces, ad restitutione eius, z ad. estimationem condictione ex hac l. condẽnabuntur. h. d. Similem constitutionem habetis in l. conductores §. locati. ¶ Circa hanc l. quero, dicitur hic si aliquam causam habent, quare nõ restituat. ¶ Quero, que possit esse causa iusta non restituendi. Dicunt quidã, forte qz conductor erat dominus, z ista opinionẽ probãt per hunc textũ qui dicit, possessionem rerũ suarũ, etc. Bl. dicit cõtra, per l. si quis conductionis §. loca. vbi conductor non potest referre questionẽ domini. Lege gl. dicit verũ, si ageretur cõdictione ex lege illa. Sz si ageretur actione locati, tũc non dicit verũ, vt l. qui rem. §. locari, z l. qui rẽ. ff. depos. Vat ergo gl. alias causas, si tẽpus cõductionis nõ erat finitum, vel fecerat expẽsas vtiles, z necessarias, vt l. colonus, z l. cum fundũ, de vi, z vi arma. l. pe. ff. loca. Quero in quantũ tẽpus videt qs esse in cõtumacia, vt teneaꝫ cõdictione ex l. ista. Dicunt quidã vsqz ad litem contesta. Alij dicunt vsqz ad sententiã. Dec. vtra probatur ex fine l. ibi, vsqz ad diffinitiua sententia. Sed tunc quero qualiter practicatur ista l. Nã ante sententiam non potest agi ad penã huius l. qz non est cõmissa, post sententiã agit frustra, quia semel est iudicatũ. Quidam dicũt qõ agitur ex l. si quis conductio. §. loca. vel agitur actione locati, si ille fuit contumax, vsque ad sententiã, tũc iudex officio suo condẽnabit in estimatione. Secundum opinionẽ Jo. hoc probat ex duobus gl. quas vide, vna super vl. ordine, alia sup verbi. recuperatibus. Ista lec. non placet qz ex hac lec. oritur cõdictio, vt l. j. ff. de cõdi. ex leg. z si cui per se principalis est actio, z nõ venit in officio iudicis mercenario, vt l. non potest. ff. de iudi. Unde alij dicũt qõ fiat duplex processꝰ. In vno petatur restitutio rerũ, in al. o petat estimatio. Et hec op. tãgitur §. loca. l. cõductores. Sicut dicimus in actionibus arbitrarijs, vt l. si cũ exceptione. §. in hac. ff. qõ me. caut. Ista sententia, licet possit esse vera in se, tñ nõ placet mihi, vt illud qõ posset fieri per vnã iudicij deducatur in duo iudicia, vt l. dominus testamento. ff. de condi. inde. ¶ Preterea hec l. videtur velle contrarij dum dicit ex qa minatione vera, z vide gl. super verbo ordine. in fi. z no. hanc practicam, etc. Ibi causa vna cũ ipsa re, z sic videtur qõ totum simul

2 expeditur. ¶ Hec ergo erit practica[a]. Bl. ponit hic, z §. loca.

a l. cõductores. Dicit gl. proponetur conditionaliter hoc modo, peto talẽ mihi condẽnari ad restitutionẽ rei, z si fuerit contumax vsqz ad sententiã, peto eum condemnari ad estimationem ipsius rei, cũ ipsa re. Et vide gl. super ver. ordine. in fi. Et no. hanc practicam valde sing. Similẽ practicam ponit gl. in l. j. in pnn. de act. empt. z l. ij. §. ite si in facto. de verb. obli. z eo. modo dicit Bul. de Cug. qõ possit dictari libellus in arbitrarijs actionibus. z tertur vna tantũ sententia, vt ipse no. in l. si cum exceptione. §. hec autẽ actio. ff. qõ me. cau. Hoc prodest ad multa, z maxime, dicit status tum in, ciuitate nostra, qõ qui prouocauerit ad diuisionẽ, z alius negauerit, cadat a iure suo. Certe hoc debet cõditionaliter in libello, poni, z sic venit in vna sententia. Also qualiter debet formari petitio, † videamus qd debeat probari in alio iudicio. Respon.

3 quod quis debet probare se rem locasse, vel cõcessisse precario, z reum contumacẽ fuisse in restituẽdo vsque ad sententiã, nec habet necesse probare se esse dominum, qz eo ipso qõ locauit, presumitur dominus, sicut ille qui possidet, presumitur dominus, vt j. de agri. z censi. l. litib. z l. quidã in suo. in fi. z qõ ibi no. ff. de cõdi. iti. z

4 l. ij. z iij. §. de prob. ¶ † Quero, an reus ponit opponere[b] exceptio

b nem dominij. Ego dixi vobis §. Aut intetatur cõdictio l. si quis

5 condictionis. aut intẽtatur actio locati, vt §. dixi. † Quero, vtrũ condictio ex ista l. deꝰ cõtra conductoris heredes. Tex. habes qõ sic, in d. l. si quis cõductionis. §. loca. Tame ad vnũ aduerte qz illud est verũ, si heres sciuerit rem conductã, si enim ignorauit, non tenetur cõdictione ex hac l. quoniam iustam habet causam ignorantie, vt l. q in alterius. de re. iur. ff. si habet iustã causaz ergo, etc. Ultimo quero, in quo differt. hec cõstitutio ab aliis. Dic vt i gl.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Erit practica. Not. sin. practicã libellũ procedere cõditionaliter. Bene facit qõ no. bar. in l. iij consitante. §. quoties. ff. sol. mat. in fi. z qõ ibi dixi. Adde bal. in l. qõ tempore. §. de test. mili. que not. ad materiam condẽnationis, z no. bar. in l. qui de mor. testa. z per bal. adde §. bart. in l. si cum. §. hec actio. §. quod me. cau.

b ALEX. ¶ Possit opponere. Not. q eo qõ quis locat, presumit dñs. Bene facit vltra hic alleg. in l. Titia. ff. de sol. z q ibi not. z no. in l. ad probationem. §. loca.

LEX XI.

5 ☞ Possessione ciuili animo retenta, si naturalis perdatur, an p naturali occupata habeat locum condicto ex hac l.

4 Contra occupantem possessionem rei aliene vacantẽ, non hz locũ interdictum vnde vi.

8 Res immobilis vacans occupata, que tamen antea fuit p dñm possessa, efficitur vitiosa.

18 Si ingressus possessionem talis rei aliene vacantem alteri vẽdat, quanto tempore prescribatur.

a **Cum querebatur**[a] Hec est no. l. breuis-

1 ter dicit. † Qui occupat possessionem rei aliene vacãtem, ad eam restituendã condictione hac l tenetur, que xxx. annis finitur. h. d. ¶ Primo ponit questionem z rationem dubitationis. ¶ Secundo ponit determinationem. ¶ Tertio respondet ad rationem, que posset fieri contra. ¶ Quarto suam determinationez probat per simile. ¶ Quinto ponit vnam limitationem. ¶ Sexta ibi §nos. ¶ Tertia ibi, ridiculum. ¶ Quarta ibi, cum talis. ¶ Quinta, ibi, his

2 videlicet. ¶ Not. primo quod dicitur in summario. ¶ † Ho. secundo qõ suum non est, debet quis presumere esse alienum, alia vero sunt clara. ¶ Ad hanc l. oppo. z videtur quod sit superflua, per l. inuasor. §. eo. Sol. Dicunt quidam, q ista tota loquitur de iure antiquo, vt ibi dixi. Tu dic qõ l. inuasor. in fin. constitutio noua, cõtra eum, qui occupauit possessionem vacantez, z differt ab ista in duob. ¶ Primo, qz ibi nulla imponebatur pena, hic sic, vt ibi dicam. Item ibi loquitur de inuasore sine dolo, hic de eo, q inuasit dolose, vt ibi dicã. ¶ Venio ad primũ, recito gl. magnam per

b tres q. ¶ Et primo quero, que dicat possessio vacua. ¶ Secdo quero, qualiter perdatur possessio alicuius ignoranter. ¶ Tertio quero, vtrũ sit aliqua differẽtia inter possessionẽ vacuam. z vacãtem, que omnia dic vt in gl. Antequam intrem alias glo. † quero,

3 quid si possessio ciuilis retineat animo, naturalis perdatur, vtrũ pro naturali occupata habeat locũ cõdictio ex hac l. Videtur q non. Nã gl. hic intelligit vacuã que nec̃ corpore, nec̃ que aio retinet, sed ista retinetur saltẽ animo, ergo, etc. Sol. Si nos teneremꝰ opi. Azo. q vna tñ sit possessio, tũc condictio ex hac l. nõ haberet locum, q ista retinetur animo. Si tenemus opin. Joã. z veram q

possessiones sunt plures, tūc haberet locū cōdictio ex l. ista, q̄ licet ciuilis retinebatur animo naturalis nullo modo retinebat & ideo pro naturali occupata cōpeteret ista cōstitutio. Et ista sunt multum vtilia, q̄ si non crederes te posse probare habuisse possessionē tēpore expulsionis, vel ingressus illius, intētabis condictionem ex hac l. in qua sufficeret te probare ante possedisse, licet tunc
4 nō possideres. Quero, & nūc intro gl. secundā. †quare non habet locum interdictū vnde vi, in casu huius l. glo. dicit q̄ illud regrit
5 violentiā fieri persone, vt l. j. §. interdictum. ff. eodem. ¶ †Quero, quare non cōpetit interdictum, q̄ vi aut clam. Dicit gl. quia mihil fuit factū, vel edificatum in solo, sed mutuit. ¶ †Quero, quare non habet locum condictio legis, si quis in tantam. Certe, q̄
7 requirit vim fieri persone. ¶ †Quero, quare non habet locum actio vi bono, rapto. Dicit gl. eadem ratione q̄ vim requirit fieri persone, & q̄ non est res mobilis, & vide gl. ibi. Innuit ergo glos. ista hanc l. non habere locum si inuadatur possessio rei mobilis. Rof. tenet contra, q̄ rei mobilis possessio potest esse vacans sicut immobilis, vt l. si rem mobilem. de acqui. pos. Item q̄. lex, dicit generaliter possessiones rerum, vel alienas res, & appellatio rei continet etiam mobiles, vt l. j. §. si cer. pe. & l. rei appellatione, de ꝟbor. signific. Hoc etiā tenebat Jac. Butriga. & hoc etiam placet per
8 tex. in §. qui adducit similitudinē furti. †Quero, vtrū si aliquis occupauit possessionem vacantem, res efficiatur vitiosa, ita quod
c dicatur furtiua, vel vi possessa. Bl. dicit q̄ non, & vide glos. super verbo prædonem. Huius contrarium dicit gl. in dicto §. quod autem. Justi. de vsuca. & l. sequitur. §. ītē si occupauerit. ff. de vsucap. Hoc cōmuniter sequuntur istam gl. Mihi videtur sic dicēdum. Vos videbitis q̄, hec l. equiparat prouisionem huius l. ad actionem furti, quero modo, verū res vacās occupata efficiatur furtiua. Leges volūt istud, q̄ si quidem a domino nunquam fuit possessa, vt q̄ erat hereditaria, non cōmittatur furtum, vt l. hereditarie. ff. de furt. Si vero a domino iā fuerit possessa, tamē tēpore occupationis nō possidebatur, habet locū actio furti. vt l. fallus. §. si iactū. ff. de fur. & l. qua ratione. §. fi. ff. de acqui. re. do. ita i proposito dico, si res immobilis fuit occupata, que tamen ante fuit possessa per dominū, efficietur vitiosa, vt dio quasi violentie, per l. istam, secus si a dño nunquā fuerit possessa. Ita intelligo l. istam. Quero, dicit hic generali iurisdictione ea teneri, &c. que est ista generalis iurisdictio. Dicunt quidam q̄ tenetur pena posita in l. si quis in tantā. §. eo. Ita intelligit Ros. & its formal hic libellum.
¶ Alij dicūt q̄ habet locum pena posita in l. innuaso. §. eo. Certe ibi nulla est pena cōtra possessionis vacatis inuasorē. Alij dicunt q̄ hic logitur de pena, que erat statuta p interdictum vnde vi, de qua loquit. §. l. iij. vt teneat de fructibus, & omni causa. Et istā tenebat do. Jac. de Butr. per hūc tex. in l. duobus. Primo in eo q̄ dicit generali iurisdictione ea teneri, que pro restituenda possessione, quasi dicat, ad aliā penā que imponebat pro amissione iuris sui, vel de estimatione, p l. ij. qs in tantā. ad illa nō teneat. Item in eo q̄ dicit, veteribus legibus, quasi dicat, nō loquimur de pena, que imponit per nouas cōstitutiones, sz per veteres le-
9 ges. ¶ †Quero q̄ si iste inuasor credebat[d] possessionē esse suam.
d Bl. dicit q̄ tunc nō tenetur hac constitutione, q̄ requirit dolū. Pro cuius euidētia debes scire quatuor casus. Quādoq̄ aliqs scit possessionē vacantē esse alienam, & scit cuius est, & tunc habet
* locum hec cōstitutio* sine dubio. Quandoq̄ scit possessionē esse alienam, & ignorat cuius sit, & idē q̄ habet locum hec cōstitutio. Quandoq̄ credit rem esse suam, & tūc si quidem id agitur, ministris rationibus, lex ista presumit dolū, vt apparet ibi, dū dicit, ridiculū etenim est dicere, & sic tenebitur hac cōstitutione, in qua sufficit dolus presumptus. Sinautē credebat esse suā ministris rationibus, tamen nō erat sua, non habet locum hec cōstitutio sed tenebitur cōstitutione l. innuasor. in fi. §. eo. scilicet solū ad restitutio-
10 nem possessionis. ¶ †Quero, vtrū istat l. habeat locum in possessio-
e ne hereditaria occupata. Bl. dicit q̄ no, quasi illa in nullius bonis sit, vt de re. diu. l. j. §. j. Et hec cōstitutio regrit, q̄ sit res aliena, vt patet in prin. dum dicit vacuā possessionē absentium, & ibi alienas res, &c. Contra no. Justi. de vsu. §. q̄ autem communiter tenetur. Ita videt mihi dicendum, q̄ si quidem possessio rei hereditarie fuit occupata post aditam hereditatem, & sic dominū iam erat quasi queritū heredi. vt l. cū heredes. de acqui. pos. habet condictionē ex l. ista, q̄ occupatur possessio vacans rei aliene. Sed si occuparetur ante aditā hereditatem, nō haberet locum hec lex.
f Dices tu, nonne postea aditio secuta, fingitur retro fuisse dominus, vt l. heres quoq; ff. de acq. here. & l. si ex re. in fi. de stip. ser. Ergo semp videtur occupata res aliena. Respōdeo q̄ fingitur esse dominus retro, hoc est. p fictionē, & sic in hac l. nō sufficit. l. iij. §.
11 hec verba. ff. de nego. gest. ¶ †Quero, quid si res erat sua propria, sed vacans ab alio, vtrū habet locū hec cōstitutio. Bl. dicit, q̄ non habeat locum, quia res non est aliena. Quod est verum, si est paratus probare de dominio incōtinenti, alias secus. Unde gl. su-
per verſic. per ignorantiā. Innuit ista gl. quādo quis intentat cōdictionem ex lege ista, debet probare rem esse suam, q̄ innuitur in tex. dū dicit alienas res vel pos. &c. Et in prin. dū dicit pos. absentium, q̄ est verum, cum ista probatio fit presumptiue, eo ipso q̄ probat se ante possedisse, vt hic innuit tex. dicit, alienas res vel pos. &c. Et in prin. dū dicit pos. absentiū. &c. Ite habes ex ista
g gl. q̄ contra condictionē ex lege ista potest opponi exceptio dominij, si est paratus probare incontinenti. Contra hoc videtur. ¶ Nam ista condictio est recuperāde possessionis, & est introducta ad similitudinē interdicti vnde vi. §. in illo interdicto non potest opponi exceptio dominij. vt §. eo. l. momētarie. & §. tit. j. l. j. ergo nec hic. Sol. Fateor q̄ est introducta ad similitudinē interdicti vnde vi, cōtra eū, qui occupauit res alienas. Tamē hic primo debet constare, q̄ sit aliena, merito potest reus probare esse suā, vt ex hoc concludat nō esse alienam. vel possumus dicere, sustinendo ista gl. q̄ non habet similitudinē cū interdicto vnde vi. p omnia. Nam ista habetur ad instar adipiscēde possessionis. quā ipse sua
12 culpa pāderat, nō per ingressum huius rei. ¶ Querit gl. quid si ab eo, qui primo vacuā seu vacantē possessionem ingressus est, postea de nouo vacare cepit, & alius ingreditur, vtrū per istum nouum ingredientē debeat restitui possessio primo, an secūdo. Glos. dicit q̄ secūdo. per l. cū a te. ff. eo. & l. j. §. quiautem me. q̄ certe est-
13 verum, & nisi simul & semel venirēt primus & secundus, cōtra hūc possessorē tertium, & tūc ille prefertur, q̄ doceret de dominio. arg.
14 l. bona fides. ff. depos. ¶ Querit gl. quid si ille qui occupauit vacantem possessionem, eā postea perdidit, an teneatur condictione ex hac l. Certe credo q̄ sic, siue ipse habeat actionem contra alū,
15 siue non, arg. l. j. §. rectissime. ff. eo. ¶ Querit glo. vtrum ad hoc quod habeat locū condictio ex hac l. requiratur dolus glo. dicit quod sic, vt patet ex hac l. dū dicit, omnes autem scire, &c. Et eo q̄ explificat de furto. q̄ intelligo verū de dolo vero, vel presumpto, vt §. dixi. Sed quantū ad constitutionē l. innuasor §. eo. dolus non requiritur. Sed cōtra predicta oppono, vno modo, & hic aduerte, dixi q̄ hec l. presumit dolum in ingrediente possessionē vacantem, nonne hoc est contra l. pe. de euic. vbi bona fides presumit iuri
p probetur mala, vt l. si fundum. §. de rei ven. Dico q̄ in quolibet possessore cum titulo, presumitur bona fides, nisi probetur contrarium, vt in cōtrario. Sed in possessore sine titulo. presumitur ma-
16 la fides. ¶ Ita loquitur hic, & que presumptio malefidei nō pōt-
h opponi, nisi a veteri dño, vel a veteri possessore per hanc l. Unde alius nō posset hoc dicere, tu possides mala fide, vt ex hac l. colligi-
17 tur. ¶ †Item ista allegatio[i] malefidei presumpta per hanc l. non
i pōt allegari, nisi infra xxx. an. vt hac l. in fin. Illud eīm q̄ hec lex presumit ab initio ingredientē possessionē vacantē esse malefidei,
k tollit per cursum xxx. anno. ex tūc enim presumeret retro bone fidei ipsum possessorē fuisse, & cessat hec l. & omnis eius presumptio
18 Ita intelligo l. istā. ¶ Ulti. gl. ista querit, quid si talis ingressus possessionē vendiderat alteri, quāto tpe prescribit. Bl. dicit q. vel xx. ann. q̄ possidet tit. hodie vero aliter f̄m authē. malefidei. §. de prescrip. xxx. anno. in ista l. non sunt pro nunc alia.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Cum querebatur. Ad hanc l. vide no. Bul. de suza. in. l. sicut. de acqui. pos. & plene per do. Ant. in c. sepe. de resti. spo.

b ALEX. ¶ Possessio vacua. Qualiter probetur possessionē vacātē esse, vide Ang. in l. si vacā. de bo. vacan. adde f̄m Jo. an. in add. ad specu. in ti. de rest. spol. ver. octauum, q̄ possessio vacans videt possessio hereditatis vacantis, vacua autē que animo detinetur.

c ALEX. ¶ Ita q̄ dicatur. Verius videt q̄ no. Bart. in d. §. ītē si occupaueris. per id q̄ dicimus in clandestina possessione. que nō est vitiosa licet ab alio naturaliter fuerit possessa. l. furtū. §. fundi. ff. de vsuca. cum l. seq.

d ALEX. ¶ Credebat. Adde gl. Bar. & doc. in l. si qs in tātā. §. eo.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Habet locū hec constitutio. Facit in fundo deserto tributario deserto. vt est tex. & ibi not. Bar. in l. qui agros. §. de omni ag. desert. lib. xj.

e ALEX. ¶ Ista l. In quo differat ista l. a. l. innuasor. §. eo. adde bar. in l. imp. proba. de acqui. pos. & in prin. hmus l.

f ALEX. ¶ Dices tu. Vide remediū q̄ ponit Cynus. in l. si nulla. §. de acquirenda possessione.

g ALEX. ¶ Ex ista gl. Adde Bar. in l. j. §. quoz̄ le. Sed ꝟ pōtus istud dictū Bar. est valde singulare. & vide simile & pulcherrimum Inn. in c. ij. de in integ. rest. & do. Abb. in c. si diligenter scrip. & ibi tranſit cū isto dicto. Ego aūt istud dictum puto dere in mala fide presumpta, & hoc probat iste tex. Et videt sentire hoc Bar. Ita consulo nunc apud rhegiū. vide que remisi in l. celsus. ff. de vsu. adde bar. & ibi Alu. Ro. Tu pōdera ea in. de prescri. si hic colligi possit. Vide que ibi dixi. & vide do. An. in c. cōsultationi. de iure pa. vbi refert illud dictū Inn. & sequit. Alu. bard.

h ALEX. ¶ Prescriptio malefidei. Imo. ꝟ in l. celsus. de vsu. & ibi. fi. de pscr. Sal. hic simplr in hoc dicto. & in seq. dicit. Idē q̄ bart.

ALEX.

ALEX. ¶ Allegatio. Vide Lud. in l. celsus. ff. de vsuc. pro isto dicto Bar. hic est dictum Inn. in c. ij. de in integ. restitu. vbi dicit quod si quis dicat ius eligendi spectare ad se, succumbit, qz contra eum est ius commune, z sic presumitur in mala fide, nisi per diuturnitatem temporis probaret, illud ius sibi competere, quia tunc diuturnitas temporis purgat illam malam fidem. De quo dicto facit festum do. Ant. in c. consultationibus, z ibi Abba. de iurepa. z c. si diligẽti. de prescrip. vide etiam que dicit Ant. in c. pen. de dona. vbi in simili querit, an cõtrahentes cum eo qui põt restitui, habeat tit. pscribẽdi, vide ibi per Imolã z alios moder.

b ALEX. ¶ Xxx. annorum. Nota. quod propter cursum xxx. ann. quis presumatur retro bone fidei, vide Bart. in l. super longi. de prescri. long. temp. Imo. in c. fi. de prescrip. impugnat Bart. hic z Imo. in l. celsus. de vsuc. Idem dicit quod Sali. Dices secus, si constat de mala fide. z ita dicit velle Bar. hic Bal. videtur tenere contra. Adde Raph. in l. sequitur. ff. si vnam. in fi. ff. de vsucap.

Si per vim vel alio modo. Rubr. V.

¶ Rubrica ista secundum gl. incipit tractare quedã circa interdictum retinende possessionis, z hoc innuit gl. rub. dum dr, turbata sit possessio, quod pertinet ad interdictum retinende pos. ʒ l. j. videtur respicere interdictum recuperande possessionis prima facie, nisi aliter exponas, vt ibi videbitis. Potes ergo dicere sic, quod totus titulus loquatur de violentia turbatiua, z ita exponas l. j. z ij. Potes etiã exponere, quod prima lex loquatur de violentia expulsiua secunda de violentia turbatiua, z tunc exponas, rubr. si per vim vel alio modo scilicet, ablata sit possessio, vel alio modo absentis turbata sit possessio. z sic l. j. loquitur de prima parte rubrice, lex secunda loquitur de secunda parte rubrice.

LEX I.

1 ☞ Agenti interdicto retinende possessionis non obijcitur exceptio dominij.

IUdices. † Absens spoliatus ante oĩa est restituẽdus, z ad hanc cãm omnis admittitur, etiã si nõ habet mandatũ, z si fuerit seruus, z absens, reuersus audietur cursu tẽporis non obstãte, z cã proprietatis ordinarie agitabitur. Hoc dicit ibi, absentium sc̃z, agentium pro absentibus. Et ita exponebat Franc. Accur. in tex. ibi reformato statu. i. est, possessione restituta in pristinum statum. Ja text. ibi, litigium de proprietate.

2 ¶ Ho. quod in causa momentanee possessionis admittitur quis sine mandato. Ho. quod admittitur seruus. Nota. ex isto si. qõ † agẽti interdicto recuperãde possessionis non ob.[3] exceptio dominij. Ja vides hic in fi. ʒ dr postea reseruari, z sic spoliatus ante oia est restituẽdus. Dy. de l. fi pupilli. ff. videamus. de nego. gest. Sol. Speciale est in cã momentanee possessionis. Dy. z videtur quod seruus in iudicio esse non possit, vt seruus. C. de iud. Solu. Speciale est hic. Bl. querit hic, de his, qui sunt expulsi de possessione. quero quid de alijs, qui non sunt expulsi. vtrum pro absente admittantur. Bl. dicit quod sic, z bene, qz hic in princ. l.[b] loquitur generaliter, argu. l. regula. ff. z ʒ. ff. de iur. z fac. igno. ¶ † Quero, vtrum creditor qui cadit a possessione, habeat beneficium huius l. Rñdeo quod sic, habet etiam beneficium l. vlti. de pact. pigno. ¶ † Quero, an istis casibus seruus iuret de calumnia. Rñ. sic, qz cum admittitur ad agendum, ergo, &c. Sʒ quero, † an debeat cauere de defendendo. Bl. dicit qõ non, per hanc l. in fi. ibi seruato, &c. Quero, an † debeat cauere de rato. Bal. ofa. ubi dicit quod sic, vt in communera persona dicimus, vt l. ʒ z he. de procu. z hoc omnes tenent. ¶ † Quero, quid de pupillo. Bl. dicit qõ idem, z dñ per l. momẽtanee. ff. qui leg. pio. Quero quid † si isti amiserunt, vtrum prejudicent dño. Bl. z bene, dicit qz non in hoc casu, tamen fideiussores tenent. ¶ Quero, † vtrum iste persone[c] possint intẽtare cõdictionem ex l. si quis in tãtam. ff. titu. j. Rñ. non, qz illa habet cãm proprietatis. Predicta oia procedũt, prout hic intelligitur de iudicio recuperande possessionis, potest etiam intelligi de iudicio retinende possessionis, vt videtur velle gl. super rubri. z tunc text. vbi. l. qui dicit, cuiuslibet rei possessiõe priuati sunt, intelligas de possessione. i. cõmodo possẽdi, qz ppter turbationẽ nõ potest colligere fructus. Vel aliter dicas quod sunt priuati possessione naturali tantum, vt dicam statim j. titu. j. Et sic exponas totã illam legem. n. ¶ † Et secundum hanc lec. habes hic casum,[d] quod agenti interdicto retinẽde possessionis non obijcitur exceptio dominij, contra id quod no. Dy. in c. qui ad agendum. de regu. in fi. vt dixi in l. si de eo. in fi. de acqui. pos. l. naturaliter. ff. mihi.* eo. tit. ¶ Quero, vtrum* ex ista l. introducatur noua l. condictio. Rñ. quod non, sed per hanc l. legitimantur persone agentium, vt possint absentium nomine experiri actionibus absentibus competẽtibus. z sic apparet quod debebit formari libellus nomine absentium. z hoc sentit hic gl. super versi. personas, z innuit totus tex. si bene aduertatur.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Non ob. Vide Bar. in l. ij. in fi. ff. quod me. cau.
b ALEX. ¶ In prin. Vide eum in l. a diuo. ff. si super. de re iud.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ Philip. Et fm hoc nedum seruus poterit stare in iudicio pro possessione dotium recuperanda, sed etiam pro ea conseruanda per interdictum.
c ALEX. ¶ Iste persone. Adde gl. o. z doc. omnes in l. fin. ff. qui le. perso.
d ALEX. ¶ Hic casum. An agenti interdicto vti possidetis obstet exceptio dominij. adde eum, z ibi doct. in l. si de eo. ff. ff. de acquirend. possessione z in l. naturaliter. ff. mihi. eo. titu.
e ALEX. ¶ Quero vtrum. Vide Barto. in l. j. ff. q. de oper. no. nun.

LEX II.

a NEc imperiale.[a] Nec ex rescripto principis, nec ex iudicis sitia, dʒ quis alterius possessionem parte nõ citata turbare. h. d. ¶ Quero, quid cõtinebat istud rescriptum principis, vel sitia iudicis. Si. respondet tribus modis, z bene. tene quam vis. Vel continebat aliquid competens ad litis ordinationem, vel ad litis decisionem, vel ad litis executionem, non curo, vt dixi vobis. ff. titu. j.

b l. meminerint. ¶ Quero, in que differt hec lex[b] ab illa l. meminerint. Breuiter hec est veritas, licet doc. non ponant, per illã pro videtur spoliato indebite iudicis authoritate, vt possessio sibi restituatur. per hanc legem prouidetur, qui non est spoliatus possessione, sed turbatur in possessione sua authoritate rescripti, vel iudicis indebite tamen, vt hoc ei non obsit in iudicio retinende possessionis, quod tene menti. Hic non sunt alia.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Nec imperiale. Sed ad hanc l. vide quod no. Imo. in l. cum diu. de priui. posit prin. in gl. portauerunt. vbi alleg. hãc l. z Bar. in l. fi. de edi. dini adria. tol. in verñ. extra gl.
b ALEX. ¶ Differt hec lex. Vide quod legitur z not. in l. j. in prin. si mulier ventris nomine.

Vti possideris. Rubr. VI.

¶ Circa hanc rub. qro, in quo differt interdictũ vti possidetis, ad interdicto vtrobi. Si. j. huius l. hoc tangit, dicens quod illud cõpetit pro rebus mobilibus, hoc pro reb. immobilibus, z anne ctit rationem, qz mobilia propie non possidentur, qõ tene menti. propter statuta terrarum, que loquuntur de immobilibus, tamen cõsueui tenere contrarium. in l. j. in prin. de acq. pos. vbi Dy tãgit.

LEX VNICA.

VTi possideris. Hec lex solebat scipolariosus esse maltũ terribilis, z fm lec. gloss. hec l. diuiditur, in duas partes. Prima ponit de natura interdicti vti possidetis. Secũda ponit de officio iudicis in cã proprietatis. Secũda ibi, ac satisdationis, z fm hãc breuiter dicit. † Si plures iuste possidẽt, per hoc interdictũ phibentur inuicẽ vim inferre, z in cã proprietatis, qui non satisdat, possessione rei priuat. h. d. fm gl. Vel dic, fm lec. Ja. de are. qõ primo loquitur de natura interdicti vti possidetis. Secũdo loquit de officio iudicis in interdicto vti possidetis. Secũda ibi, ac satisdationis. fm quam lectu. breuiter hoc intendit. † Si plures iuste possident, per hoc interdictum prohibentur inuicẽ vim inferre, z de hoc cogunt satisdare, alias possessione priuant, donec de proprietate cognoscatur. h. d. ¶ Scelo ad casum in terminis fm gl. forma casum in, vno interrogãte imperatorẽ hoc modo. Ego sum proprietarius z possideo ciuiliter fundũ. a. Ius est fructuarius, z possidet naturaliter, ipse turbat me i ciuili; mea, quero quo remedio mihi succuratur, seu consulatur contra eum. Respondet Imperator, rector pronuncie prohibet vim fieri, quo minus possidea tis fundum, sicuti enim possidetis alter ab altero, nõ vi, non clã, non precario, q. d. tu possides naturaliter, ille ciuiliter. h. d. fm veram lectu.

2 ☞ In rebus incorporalibus habet locum interdictum vti possidetis vtile, non directum.
3 Interdicto vti possidetis requiritur, quod quis possideat tẽpore litis contestate.
4 Interdictum vti possidetis, quomodo mihi competat contra cũ qui possidet.
9 Si aliquis habet in fundo vsumfructuz, z alius vsum, an vterqz possideat.
10 Feudatarius, qui facit alium feudatarium, non possidet.

§. Ec satisdationis. Bene hic casum, fm gl. † Ego jago contra eum,

BARTOLVS

Ad Nonum Lib. Cod.

Qui accusare non possunt. Rubr. I.

¶ Glos. ponit que persone non possunt accusare, quam vide, z nota z signa.

LEX I.

Prius est. Quando duo crimina intentantur, quorum vnum est preiudiciale ad aliud, super grauiori procedit[ur] [a]. hoc dicit. Secundum vnam lectur. innuit quod sententia lata in vno iudicio, parat preiudicium in alio. Contra. ff. de publi. iud. l. is qui reus. Solu. Huius triplex sunt plures lect. Tu tene hic quintam lect. que est Azonis, vt hic. Ista duo iudicia erant inuicem preiudicialia, z in l. contraria secus. Istam materiam examina plene vt ibi dixi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Procedit[ur]. Et nota ad istum ter. quod illi qui accusauerunt non possunt officium iudicis implorare, vt procedatur ad inquisitionem, ac si ipsi essent procuratores inquisitionis. Ita dicit Bald. in l. j. C. si tutor non ges. Item nota quod qui accusare, non possunt, non possunt esse denunciatores. Ita inquit Barto. in l. ditus. ff. de cust. re. vbi vide de materia denunciationis.

LEX II.

1 ☞ Tutor potest semper accusare tutorio nomine.

Si cautiones. Si tutor ad vtilitatem pupilli, accusat suo nomine debet se inscribere. hoc dicit. ¶ Per hanc legem dicunt gloss. nostri, z aduocati communiter quod tutor vel curator non potest alieno nomine accusare. Hoc intelligo verum, nisi in casibus, in quibus, ad prosequendum crimen admittitur procurator. prout plene no. in l. seruum quoque, §. publice. ff. de procurato. Ego tamen puto,

1 † quod semper possit tutor [a] accusare tutorio nomine vt l. pollā. §.

a de his quibus vt indi. sed inscribere se ad penam talionis, hoc nō potest tutorio nomine, z hoc est, quod ista lex dicit. Cautela tamen

2 est, † quod quando tutor accusat aliquem, dicat in accusatione, talis tutor. nec adiciat, tutorio nomine, nam tunc intelligeretur eo modo quo potest, vt l. post mortem. §. j. ff. quando ex fac. tut.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Possit tutor. Dic vt latius per Bar. in l. ij. ff. de accus.

LEX III.

Qui crimen. [a] Accusatio sine inscriptione, nō admittitur, z accusator cōtumax extra ordinē, z in expensis punietur. h. o. Hic videtur esse casus quod in criminalibus victus victor cōdemnatur in expensis. Quod dic vt dixi vobis in l. non ignoret. §. de fruct. z lit. expen. Item hic videtur casus, quod in eadē instantia possit deduci ciuilis petitio z criminalis. nam hic vides, quia punitur extra ordinē, istud est criminale. Item punitur in expensis, z istud est iudicium ciuile. de hoc dicam vobis in l. si quis ad se fundum. j. ad l. Jul.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Qui crimen. Vide que dixi in l. accu. ff. de accusat. post Barto. z adde casum nota. in quo debet actor se inscribere, z persona legitimare. secundum dom. Anton. in tit. de accus. z vide in l. fin. §. eod. Et adde quod in multis casibus post mortem quis potest accusari. de quibus Justitu. de hered. que ab intest. §. per contrarium. quero an accusator mortui debeat se inscribere ad penā talionis sicut accusator viui. vt in hac gloss. habes arg. ir. quest. ij. c. sane. §. si forte. que apud aliquos est canonizata. ad §. per contrarium. qui tenet quod sic. z alleg. Bald. hic.

LEX IIII.

Vxor tua. Mulier potest accusare. si suā vel suorum iniuriā prosequatur. nisi sit alius, ad quem magis principaliter negotium pertinet. hoc dicit. cum l. seq. ¶ Nota quod dixi in summario.

LEX VI.

a **Accusationem.** [a] Qui semel desistit, non admittitur iterum ad accusandum. hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Accusationem. Vide in ff. qui desistit. z ibi Bart. ff. ad Turpil. an ille, qui desistit a ciuili, possit criminaliter accusari.

LEX VII.

Ea. Qui tempore statuto a iudice nō accusat, vel accusationem non prosequitur, postea non

a auditur [a]. hoc dicit hec bona lex. ¶ Nota hanc l. quam plene examinant, z dixi in l. Titia. ff. de accusa.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Non auditur. Et adde eum in l. ij. ff. de re iudi. z in l. ij. de eden. z in l. edita. eod. tit. z in l. de die, qui satisd. cogan.

LEX VIII.

Non prohibentur. Miles potest accusare, si suam vel suorum prosequatur iniuriam. hoc dicit.

LEX IX.

Non ignorat. Non debet quis admitti vt talis, nisi prius probet se talem. hoc dicit. Tene menti hanc legem, z multum not. ad

1 infinita. Sepe † dicunt statuta, quod si ciuis admittatur ad aliquod. z nō alius ante omnia debet se probare esse talem. Tamen puto quod hec probatio fiat citata parte.

LEX X.

Si crimen. Etiam qui suorum iniuriam persequitur, se debet inscribere. hoc dicit.

LEX XI.

Data opera. Incendiarij. l. Cornelia de sica. puniuntur. hoc dicit.

LEX XII.

De crimine. Qui regulariter accusare nō potest, ad accusandum non admittitur nisi prius examinetur, an crimen, quod accusat, ad casus exceptuatos pertineat. hoc dicit.

LEX XIII.

SI magnum. Frater non potest accusare fratrem vel pater filium, de crimine grauiori, si suam iniuriam non prosequitur. hoc dicit, cum l. seq.

LEX XVI.

CUm rationibus. Qui habet duos accusaros tertium accusare non potest nisi suam iniuriam prosequatur. hoc dicit, Iudex in l. hos accusare. ff. eo.

LEX XVII.

INiquum. Nutritus non potest suum nutritorem accusare, nisi suam iniuriam prosequatur. hoc dicit.

LEX XVIII.

SI sororem. Frater fratrem, seu sororem potest de leui crimine accusare. hoc dicit,

LEX XIX.

NEganda. Hec est proprie materia. l. is qui reus. ff. de public. iud. & breuiter dicit. Accusatus nõ potest accusatorem suum reaccusare de pari crimine, vel minori, priusquam sit absolutus. nisi suam prosequatur iniuriam, poterit tamen accusationem proponere, non vt super ea procedatur, sed vt supersedeatur, donec causa prima finiatur. h. d. Materiam huius legis plenissime habes in text. & glos. & ego vltertius dixi in l. is qui reus. ff. de public. iudi.

LEX XX.

SI quis. Persona domestica nõ potest dominum domus accusare, nisi in crimine lese maiestatis. h. t. hec notabilis lex. Nota hanc legem, quod familiaris † non potest accusare dominum domus quod intelligẽ verum, nisi suam vel suorum iniuriã prosequatur. Et facit iste casus † quod monachus non potest accusare Abbatem. In contrarium videtur dicere. c. Abbate, [a] de verb. signific. dic vt ibi.

ADDITIO.

a ALEX. C. Abbate. Vbi est iste casus quod monachus accusat, de Spec. in tit. de inquisitio. §. fin.

LEX XXI.

SI liberti. Liberti nõ possunt accusare patronos. hoc dicit ista lex.

De accusationib. & inscriptionib. Rub. II.

LEX I.

EOs qui. Qui effodit terminos extra ordinem punitur. hoc dicit hec lex.

LEX II.

SI cuidam. Hec est notabilis lex. Pro suo interesse admittitur quis ad defendẽdum alium in crimine capitali. h. d. Per hanc legẽ practicabatur in ciuitate ista, dicit hic statutum † quod quicunq; decimauerit forum, possit impune offendi vel occidi. Adhibeatur talis cautela, quod si accusabatur filiusfamilias, pater pro suo interesse declinabat forum [a] pro filio. & sic nõ incidebat in statutũ filius eodẽ modo si delinquebat monachus, Abbas pro suo interesse declinabat forũ postea cõtra istas fraudes. fuit per statutũ prouisum.

ADDITIO.

a ALEX. C Declinabat forum. Vtiam cautelam adde vt diri post Bart. in l. si quis sub conditione. ff. de cond. institu. & hic adde Imo. in l. pen. §. ad crimen. ff. de public. iudi. & ibi Bart. & Bal. in l. reos. §. eo. & l. ab admi. strat. §. de leg. adde Ang. consi. xxxvij.

LEX III.

REos. In capitali crimine admittitur procurator ad allegandas causas absentie. hoc dicit. plene in l. seruum quoque. §. publice. ff. de procu. & ego dixi in repe. i. penult. §. ad crimen. ff. de public. iudi.

LEX IIII.

a SI accusatoribus. [a] Absolutoria lata accusatoribus absentib. non per contumaciam est ipso iure nulla. h. d. Oppo. quod plures non admittuntur ad accusandum vnum, sed vnus tantum. l. hi tamen. §. fin. & l. si plures. ff. eo. Breuiter plures sol. dantur illa est vera, quod hic non fuit oppositum de plurib. nam si fuisset oppositum de pluribus fuisset electus vnus, quod tene menti.

ADDITIO.

a ALEX. C Si accusatoribus. Adde Bart. in l. si plures. ff. eod. & vide quod per istã glossam in hoc do. Bart. no. in l. j. in fi. C. de fur.

LEX V.

NOn ideo minus. Delinquens propter mandatũ alterius non excusatur. hoc dicit. Hic venuret examinanda materia, de mandatore persuasore & instigatore. Dixi in Luon solum. §. si mandato. & §. procul. ff. de iniurijs. Materiam vero de aurilio, & sanore, tractaui vobis in l. in actione. §. ope. ff. de fur.

LEX VI.

a BSentem. [a] Absens non potest damnari de crimine capitali, & si fuit damnatus sententia est nulla, que retractabitur per eundem, vel per superiorem, hoc dicit. De materia nullitatis, dixi vobis in l. §. quando pronoca. non est necesse.

ADDITIO.

a ALEX. C Absentem. Vide Bartol. in l. iij. §. eod. & in l. quidam consulebant. de re. iu.

LEX VII.

a QUidem. In notorijs potest per inquisitionem procedi [a] sed in nõ notorijs quis nõ punitur, nisi fuerit citatus, vel accusatus. h. d. Et exponas ita text. Ibi denunciantur, tanquam notoria. vt patet ex sequenti responso. & ff. ad Turpillianum. l. ab accusatione. §. nunciatorem. & ff. de decurio. lib. xo. l. j. ff. de custo. reo. l. omnes. Ita sic intelligit gl. ff. de adult. l. ij. §. si publico. & etiam Dyan. text. Ibi. posse perpendi, procedendo per inquisitionem ex officio ad denunciationem officialis. Item ibi in text. despici. quasi dicat in non notorijs, non proceditur per inquisitionem, sed per accusationem. & hoc innuit verbum, accusatio. secundum predictum modum legendi. & hoc modo intelligitur communiter ista lex, sed dominus Nicol. Wat. intelligit quãdo officialis denunciat causam, potest procedi per inquisitionem. vt prima parte huius legis. & probatur j. tit. ij. li. j. & §. de decurio. lib. xo. li. j. ff. de custo. reo. l. omnes. Unde si officialis illam denunciationem produrent, in notorium probando tunc ille denũciatus absolueretur. vt hic in secunda parte huius legis. & d. l. ab accusatione. §. nunciatores. ff. ad Turpillianum. Et quod text. dicit hic accusatus, scpone id est denunciatus. Hanc autem materiam, quãdo possit per inquisitionem procedi plenissime dixi in l. ij. §. si publico. ff. de adulteris.

ADDITIO.

a ALEX. C Procedi. Vbi in notorijs procedatur per inquisitionem, & de modo procedendi in notorijs, vide per Spec. de noto. §. j. & plene per Ange. in l. si vacantia. post med. & in c. ad nostram. de iureiu. per Anto. & ibi per eum queritur. an sit necessarium probari notorium. & quomodo probetur. & multa pulchra ibi. Vide qd dixi in l. ij. §. si publico. ff. de adul. qd no. Bal. in l. accusat. ad Turpil. Et quando dicatur crimen notorium, vide Innoc. no. in c. ex cohabitatione clerici. & multi. & ibi plene de materia. & bal. in l. accusatorem. ff. ad turpil. & Bald. hic. Adde qualiter procedatur super notorio. Oldra. consi. cxxvij.

LEX VIII.

SI quis se. Accusatio debet peragi coram parte, non coram officialibus. tãnum. LEX IX.

QUi de crimine. Ista est notabilis lex. Breuiter dicit, accusatus de eodem crimine non potest iterum accusari, sed aliquando tamen crimine poterit iterum accusari, etiam si eodem facto defendat, nec debet super vno pronunciari, donec sup alio fuerit plene cognitum. h. d. Quidditur in duas partes primo. ponit virum liceat accusare. Secũdo qualiter debeat procedi. Secunda ibi. Iudex autem. Iterum prima subdiuiditur. qa primo loquitur quando accusatur de eodem crimine. Secũdo. qñ de diuersis habentibus originem ex eodem facto. Secũda ibi. si tñ. vbi est casus singularis. C Ad euidentiam istius scias tu tuicens. qõ quandoq; ex vno facto oriuntur plura crimina, exemplũ in eo qui cognouit suam consanguineam nupram. iste enim commisit adulterium. qa in nupram. Item incestum, qa in consanguineã suã. Hoc premisso casus in terminis est clarus. C Oppo. ad primam partem dicte l. si quis homicidij. j. eod. Sol. Fateor quod regula est quod accusatus, de codẽ, iterum non accusatur, fallit in casibus. vt dic vt in gl. quam vide, & no. C Nemo ad secundum dictum Oppo. & videtur quod quando plura crimina descendunt ex eodem facto, non possit accusari, nisi de vno, vt l. senatus. ff. eod. pro quo exẽplum ponitur de parricidio. Sol. quandoq; est vnitarium. & vnus titulus criminis. & plures agendi forme. & tunc vna tñ legi. potest accusari. vt d. l. senatus. secundum aliquas lectiones. Sed gratia. ille qui facit hõmicidium. potest accusari lege Cornelia de sicarijs. & ex forma statuti huius legis. tunc vna tantum punitur pena. vt dicta lege senatus. Quandoq; est vnum factum. & plures tituli criminis. & habent se ut tot genus. & species. & tũc accusatus de vno, non potest accusari de alio. vt dicta l. senatus. secundum

quod

quod ibi loquitur de homicidio, vt l. pretor edixit. §. j. de iniurijs. Si vero habent se sicut excedentia, & excessa, tunc de vtroque potest puniri non tamen potest simul accusari de vtroque ab eodem, sed ab alio sic, vt hic, & l. si adulterium cum incestu. ff. de adult. Sed que est ratio huius? Respondeo, quando sunt duo iudicia, quorum absolutoria lata in vno, potest parere exceptionem rei iudicate in alio. non admittitur concursus, vt l. fundi, & l. fundum. ff. de excep. & illa est ratio, quare non admittitur concursus ciuilis, & criminalis, descedentium ex eodem quia absolutoria lata in vno, potest parere exceptionem rei iudicate in alio, si pronuncietur super facto. Idem tenet Dyn. in c. nullus pluribus de reg. iur. lib. vj. Ita in proposito, quando ex eodem facto descendunt, si essent eedem persone accusatoris, & accusati, absolutoria lata in vno posset parere exceptionem rei iudicate in alio. ideo idem ad accusandū non admittitur, que ratio cessat alio accusante. Dices tu, sed que est ratio, quod iudex non potest sententiare super vno, nisi plenissime discusso alio, vt hic dicitur in vltima parte? ¶ Respondeo in istis causis capitalibus debet iudex inquirere veritatem, & etiam pro parte offensa, si ipse non opponat, vt l. j. §. fina. de questio. & l. si non defendatur. ff. de pen. vnde possibile esset, quod ex defensionibus factis in vno iudicio, apparet iudici, quod in alio reus non est culpabilis, vnde esset verecundia iudici, & parti iniustitia, si in vno condemnatur, & in alio absoluitur, ideo de vtroque debet esse cognitum, ante quam iudicetur. Et de isto membro. quādo ex vno facto oriūtur plura crimina, dic vt dixi plene in dic. l. senatus. ¶ Quandoque sunt plura facta, & plures tituli criminis, & plures modi agendi, tunc si quidem omnia illa facta tendunt ad eundem finem, non punitur nisi tanquam de vno. vt l. illud. ff. ad l. Aquil. & ideo si aliquis insultauit, & percussit. non punitur de insulto, quoniam ad hunc finem fecit insultum, vt percuteret. Et glos. tua hoc notabiliter tenet quā vide. & signa, super verbo, plurima. Si vero illa plura facta non tendunt ad eundem finem, sed ad diuersa, tunc non de vno, sed de quolibet punietur. vt l. nunquam plura. ff. de priua. delict. & ibi plenissime dixi. ¶ Venio ad finem. dicitur hic quod super duobus criminibus cognoscitur simul. Contra. ff. de custodia reorum. l. ij. §. fi. Sol. Dicit gl. fateor, donec super vno respondet, non potest super alio arctari, vt l. contraria. Sed cum erit expeditus de responsione. quam tenetur facere super vno, tunc respondebit super alio. Hoc gl. tua dicit ita super verbo. vtroq;. Et si quis velet hāc legē repetere, essent hinc tractāde tres materie. ¶ Primo, vtrum ille, qui habet vnam causam coram vno iudice, possit citari coram alio iudice in alia causa. Quod dic vt dixi in l. cōtra pupillum. §. is qui ad maius. ff. de re iudi. ¶ Secundo vtrum ille, qui est recōmendatus in carceribus ex vna causa, possit ibi recōmendari ex alia. De quo dic plene, vt in l. ij. §. fi. de cust. reo. Tertio an recōmendatus in carceribus iniuste, possit ibi recōmēdari ex alia iusta causa, quod dic vt in q. illa, quam disputaui, que incipit Lapus. ¶ Ultima gl. reassumit omnia, & distinguit. quod dic vt in eadem.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Accusari. Et vide, an quis possit a pluribus condemnari, Bart. in l. sepulchri. ff. de sepul. vio.

b ALEX. ¶ Secundū dictum. Quid si ex forma statuti ille qui percussit aliquem debet amittere manū cum qua percussit, & quid si cum eadem manu percussit duos, vterq; vult accusare, quis preferatur. & vide plene per Jacob. de Bel. in disput. & in l. j. vt intra certum tēpus. vbi illa ratio in criminalibus habeat locum cumulatio, adde quedam in l. libellorum. & l. seq. de accusat. & Bart. late in d. l. senatus. ff. eo. in l. si quis homicidij. j. eo. verū. & ideo si aliquis insultat vel si quis faciat insultum & percussionem, punitur tanquam de vno ictu solo. Et ita causam intelligendā dicit do. Joan. post Bal. in l. diuortio. ff. sol. mat. de cuius intellectu ibi vide & in l. fructus. eo. tit. & Bart. & Bal. in l. nunquam plura. eo. tit. in versic. secundo potest exemplum. Et quod dixi an presumatur inconuenienti. vide Imo. & Bal. in d. l. diuortio. Et adde ad materiam, vbi habes in l. si. ff. de adult. & adde dictum Bart. in l. c. v. in fin. eo. tit. ¶ Adde quod voluit Joan. And. in add. ad Spe. in ti. de inquisi. §. visa. alleg. nunc tractamus de eo qui in aliquo loco aliquem cepit. & ligauit. si per plura loca durit ad certum locum. & eum spoliauit. in quo loco sit formanda inquisitio, stante statuto quod inquisitio debeat formari in loco delicti.

LEX X.

Vi explicādi. Ista est bona. l. & habet pulchram materiam. Breuiter dicit, qui alicui certam promittit sententiam, licet iudicem non corrumpat, tanquā corruptor punitur. hoc dicit. Dubium, pone quod ille, qui iudicem corrūperet nullo modo puniretur, vt puta, in capitali, licet enim reis redimere sanguinem suum, etiam corrumpendo, vt l. j. in fi. de bo. eo. & l. pe. ff. de prenuncia. & habuimus in l. transigere. §. de transac. ¶ Qualiter punietur iste, qui promisit hoc ei facere? videtur quod nullo modo, quia tert. hic dicit. quod punietur perinde, ac si puniretur principalis corruptor: sed principalis corruptor nullo modo puniretur, ergo nec ipse. cogitabitis. quia de facto fuit Tuderti.

LEX XI.

Si quis homicidij. Absolutus nō potest iterum accusari de eodem crimine, nisi de preuaricatione primi docearetur, de alio vero crimine poterit accusari. hoc dicit.

LEX XIIII.

Singuli. Hic est bonus casus. Non debet literis, vel relationibus publicis personarum credi. sed rei veritas inquiri. h. d. quod no. Facit quod declarum non probatur per instrumentum. Idem habes in l. diuus. ff. de cust. reo. Dixi plene in l. senatus. ff. ad Turpil. &c.

LEX XVI.

In causis. Non debet procedi super crimine, nisi certa & clara precesserit accusatio, alias iudex punitur. hoc dicit. Bloss. ponit qualiter accusatio debet formari. Ego circa hoc feci vnam magnam lectionem in l. libellorum. ff. eo. & dic vt ibi. Et hac gl. colligitur quantum tempus est quod fuerunt facte iste gloss.

LEX XVII.

a **Accusationis.** Accusator debet se inscribere[a], & detineri sicut accusatus donec causa examinetur, & qui torquetur, non debet interrogari de socijs. h. d. Istud, quod accusator, & accusatus simul b detineantur, hoc de consuetudine non seruatur[b], nisi accusatus accusaret statim accusatorem suum de falsa, & calumniosa accusatione, & ita est de facto modo in ciuitate ista. Not. quod quis non debet interrogari de socijs. Fallit in casib. qui hic ponuntur in gl.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Se inscribere. Vide etiam Barto. in l. edita. supra. de eden. & in l. transigere de transact. in princ. & vide Bald. in l. sed & si. ff. de in ius voc.

b ALEX ¶ Non seruatur. An accusator debeat stringi in carceribus. vide Salic. in l. militis. §. de accus. Bart. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. vide Bart. in l. qui sine. ff. de questio.

De exhiben. & transmit. reis. Rubr. III.

LEX I.

a **Si miles.** [a] Si miles commisit delictum, ad magistrum militū remittetur. hoc 1 dicit. Not. argu. † quod licet iudex secularis non possit cognoscere de crimine commisso per clericum potest, tamen eum capere, & detinere, vt remittat ad episcopum eius.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si miles. Pro hoc quod not. Bart. in l. si quis. in fi. de seruit. not. in c. cum non ab homine. de iud.

LEX II.

Nullus. Reus debet carcerari, non autem ligari, nisi communeatur. & vementibus ex longin- a quo, triginta dierum spatium [a] statuitur. hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Spatium statuitur. Et de isto termino comparendi in criminalib. vide Bald. in authen. offeratur. de lit. contest. & vide id quod dixi in l. j. post Bart. ff. de cust. reo.

LEX III.

a **Neminem.** Nullus debet citari, nisi mandato 1 iudicis precedente[a]. hoc dicit. Not. † quod nulla potest fieri citatio realis, vel personalis, nisi b iudex, hoc permiserit. [b] quod est verum. Facit §. de episcop. & cle. l. c omnes. quod tenet Innoc. nisi esset [c] nuncius generalis constitutus ad faciendas citationes. vt probatur per eum extra de proba. ca. quoniam contra falsam. quod non videtur verum. quia ista generalis commissio nihil releuat, vt l. j. §. de iu. do. impe. In casibus 2 tamen non est necesse, quod iudex hoc committat, quia hoc committit l. vt quando quis in flagranti crimine reperitur, vt l. raptores. §. de episc. au. j. de rap. vir. l. j. ff. de furt. l. si quis in seruitute. in fi. & interdum. §. qui furem eo. tit. j. de maleſi. & mathe. l. fi. ff. de adult. l. capite quinto. & quod ibi no.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Precedente. Non petitur, nisi iudice permittente. Dicebat tamen domi. Anto. quem sequitur ibi domi. Jacob. in c. j. de iudi. quod si apparet citationem destinatam, & relationem nunci, presumitur sententiam iudicis de citando precessisse. l. sciendum. de verb. oblig. & vide Bart. in l. j. §. cura. circa fin. de offic. prefe. vrb.

z quod dixi post Bar.in l.j.ff.de in ius voc.z quod dixi post Bar. in l.qui nomine.ff.de fal.vbi Bart.z Bal.in d.l.sciendum.z ibi plenius per Ludo.z ibi per Ang.in repe. Sed illa l.loquitur in solennitate intrinseca, ista in extrinseca,sicut in actionib' dicitur,quod sententia lata non presumitur lata in scriptis.z not. Bart.in l.statutis.de sent.ex breui.reci.z de hoc vide per Angel.in repe.l.sciendum. Et not. quod non sufficit generalis commissio facta nuncio de citando,z idem tenuit domi.Anto.in c.j.de iudi.sed Imo.dicit quod dubitabat, quia l.hic allegata hoc non probat, quia loquitur in citatione, scilicet quando creditor petit sibi assignari in solutum bona debitoris sui pro debito,z sic non bene probat.Unde videtur quod remaneamus in regula,quod tãtum valet generale quo ad genus quantum speciale quo ad speciem, iuxta not.in c.si sacerdos.de offic.ordin.z in l.si duo.ff.de admini.tuto. Et ita dicit do.Joan.ibi,z no.insti.de actio.§.quadrupli.z ibi bonus tex.z de iure,z latius per moder.in l.ex consensu,§.eum qui.ff.de appel. Et vide Bartol.in l.j.ã.de iure do.in princ.z in l.qui autem.§.fin.ff.de constit.pecu.per Bal.in l.si quando.ad fin.ã.de constit.pecu.in rj.z rij.q.ibi concordat Innoc.cum Lyn.quod Bald.alleg.in c.j.de iudic. Text.est in l.properandum.§.z si quidem.ã.de iudi.in versi. iudicibus autem res suas reserantibus, vbi patet, quod quando reus vult citare actorem,vt feratur sentẽtia in fine instantie,iudex debet super hoc cognoscere,z sibi impartiri licentiam, z sic patet quod quãdo in commissione requiritur cause cognitio, requiritur specialis commissio in citatione verbali. ¶Si vero nõ requiritur cause cognitio in commissione,tãtum sufficit generalis commissio. Ita Bal.in d.l.si quando.z licet ipse nihil allegat, potest allegari ratio, videlicet quod tantum valet generale quo ad genus,&c.vt ã.dictum est. ¶Pro quo potest adduci text.z Angel.in l.ij.C.de spor. Dicitur enim ibi quod nuncius,cui sit a principio commissa citatio in aliqua causa, potest idem semper citare vsque ad finem cause.z sic patet quod vna deputatio generalis,licet non fiat particularis commissio,sufficit.Secundo,pro hoc potest adduci text. in auth.libellum.de lit.contesta.vbi patet quod executor deputatus in causa,potest recipere cautionem,seu promissionem nomine partis,absque alia speciali commissione. Si ergo potest hoc tanquam persona publica,z generali commissione sibi facta a iudice, quia hoc non requirit vllam cause cognitionem,z est de pertinentibus ad executionem cause, cur non eo modo potest similiter citare virtute generalis commissionis, sicut dicit Bald.observari Florentie,z in Hispania. Tertio hoc cõfirmatur,quia sicut ex generali commissione, que fit notarijs actorum, notarius potest accipere productionem libelli absque eo quod ibi sit iudex, quia illa productio potest fieri de plano,z die feriata.l.miles.§.seraginta.ff. de adult.z probat no.in l.precipimus.in princ.z ibi ponit Bal.de appel.ita videtur nuncius virtute generalis commissionis posse citare. Nec obst.text.in nomnes.§.nihilominus.de episc.z cler.z l. cum clericis.co.tit.quia debes scire quod quando nuncius datur simpliciter ab vno in diee,vel pro vna causa,vel pro omnibus,non videtur per hoc sibi dari mandatũ incontinenti de citando,z ideo requiritur quod post particulariter deputetur ad citandum. Ita dicitur in d.l.j.de spor. Hec solutio simpliciter videtur approbata pro idonea, quia possit committi citatio,z ne detur in officio sibi commisso.sed contra predicta fortiter facit,quia secundum Sof.in l.cum clericis,§.memorat.C.de epis.z cle.iudex prius quam committat citationem, debet videre petitionem actoris,vt iudicet super matrimonio, vtrum calumniose competat, nam si esset in euidenti calũnia,posset eum statim repellere,vel sic libellus esset ineptus.l.qui cum maior.§.si quando.ff.de bo.libe.alias de ope.liber. z ibi no.in l.j.ff.de offic.assess. Si ergo requiritur saltẽ hec instructio, prius quam iudex committat citationem non videtur quod nuncius possit.Sed respondetur ex his,que habes post Bar.in l. si finita.§.Iulianus.ã.de dam.infec.in articulo in quo queritur,an est necessarium quod procedat libellus. De quo per Francisc.de Aret.in cap.j.de iudi. An pars teneatur credere nuncio dicenti se habere commissionem,vide in locis ã.in princ.apostil.allega.z per Imol.in l.ex consensu.§.eum qui.ff.de appel. ¶Adde an per relationem nuncij presumatur de commissione iudicis,z quid si non precessit commissio.vide Roma.consil.cccxcvij.per Bald.an presumatur de commissione consil.cxvij.volu.j.

b ALEX. ¶Permiserit. Hoc probatur,quia ad capturam persone,siue sumus in iudicio ciuili, siue in criminali, non procedi potest,nisi precedat cause cognitio de iure ciuili.Colligitur manifeste ex his, que habentur in l.nemo carcerem.de exact.trib.libr.x. De iudicio criminali ponit singulariter. Joan.Andr.in c.si dominus. de senten.excommu.quem sequitur Bart.in l.quod euitandi.in fi. ã.de condi.ob tur.cau. Sed ista cause cognitio non potest pertinere ad nuncium qui est merus executor, vt l.si vt proponis.de execu.rei iudi.ergo non poterit citare.Ad idem facit optime,quia in causa capture nuncius debet habere speciale mandatum,vt l. non solum.§.fin.cum l.seq.ff.de procur.z consuluit Barto.in consi. incip.commune Bualdi.Franc.de Aret.in c.j.de iudi.Abba.hic. z adde Bald.in d.l.commu.diui.sufficit probari,vt post Bart.in d.l.qui nomine.de fal.vt dicas habere commissionem.

c AND. BARB. ¶Nisi esset. Adde Bart.in d.l.j.in princ.ã.de iu.do. Et vide Jo.de Imo.in c.j.de iud.vbi dubitat,an istud dictũ sit verum,vide ibi do.Ant.z ibi dixit Bal.in l.quando.C.de test.

De custodia reorum. Rubr. IIII.

LEX I.

* IN quacunque. *Siue per accusationem, siue per inquisitionem procedatur, causa debet celeriter examinari.z non debet differri.z interim reus in carceribus positus non debet iniuriari, nec in locis tenebrosis de die põni,nec z alias iniurias pati. hoc dicit. Facit iste text.ibi, ad fin.ad primum solis ortum,&c. de mane vtrum dicatur dies vel nox.z dixi ibi in l.aut facta.§.ad tempus. ff.de penis, vbi dixi vtrum mane,z sero,sit de die,vel de nocte.

ADDITIO.

* CLAVD. DE SEISS. ¶In quacunque.Quid autẽ si in carcere mortuus sit.an presumatur mortuus angustia carceris an naturaliter,ponit Bald.in l.j.ã.qui non poss.ad libert.perue.

LEX II.

a SI quis. [a] Si quis de crimine conuincitur, debet apud tribunal duci, vt crimen confiteatur,z certum appareat.hoc dicit.Utrum qui semel confessus est crimen sponte, debeat illud iterum confiteri, Bloss.tangit hic. Dixi plene in l.j.ff.eod.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Si quis. Vide etiam text.fin.in l.contra,ad Syl.ibi, ex vinculis,secundum Bart.

AND. BARB. ¶Vide Butr.hic, qui dicit ad hoc vt confessio valeat post torturã,est necesse quod fit intermedius dies vnus, z nox vna,vide tamen hic.

LEX III.

QUoniam vnum. [a] Carcer vbi ponuntur homines debet esse separatus a carcere mulierũ.[a] h.d. Super hac l.in aut.nouo iure.quam habetis ã.de offi.di.iu.l.j. quam nunc statim vide,z no,

ADDITIO.

a ALEX. ¶Carcere mulierum. De muliere carcerãda,vide Bal. in l.j.ff.qui sat.cogan.

LEX IIII.

* AD commentariensem. *Si carceratus aufugit,custos principalis pena qua illa debebat puniri,

a punietur, [a] nec exhibendo suum familiarem liberatur.Sed custos de principali ex necessitate absente,idem seruabitur de eo cui commisit officium,hoc dicit.

ADDITIONES.

* CLAVD. DESEISS. ¶Ad commentariensem.Istam legem extendit Bald.in l.ex diui.ã.locat.vt procedat in eo cui commissa est custodia alicuius castri,z sequitur Salycet. limitando tamen istam legem per id quod vult gl.no.quam ibi no.Bar.z doct.in l. si pecuniam.§.sed si acceperit.in verb.carere.ff.de condic.caus.dat. caus.non secut.z per tex.quem ibi multum no.ad quest.Ang.in l.a bonefidei.ff.de rei vendic.

a ALEX. ¶Punietur.Not.gloss.que est hic,quam multum reputat Bal.no.in l.iij.in fi.ã.de fide instru.

LEX V.

DE his quos. Carcerati debent puniri vel relaxari,z quid de his fit intra triginta dies iudicibus debet nunciari,pena contrafacientibus imminente.hoc dicit.

De priuatis carceribus inhibendis. Rubr. V.

LEX VNICA.

1 DEtinens hominem liberum per viginti horas,committit priuatum carcerem.

a TEnemus. [a] Non licet homines in priuatis tenere carceribus,z de hoc potest per inquisitionẽ procedi, z iudex negligens puniretur,z reus huius criminis pena lese maiestatis punitur.h.d. Quando

a †Quando autem quis dicatur committere priuatū carcerem, detinendo hominem liberū, certe si detinet eum per xx. horas. puni-
a tur. vt l. cap. v. ff. de adul. qꝫ plene dic. vt ibi dixi. No. etiam per hanc l. in prin. quod appellatione diocesis continetur ciuitas. dicit ex Egyptiaca diocesi. Continet enim totam Egyptum, & ciuitatem Egypti. In contrarium videtur extra de rescrip. c. Rodulphus.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Homines. Quid autem si detineat mulierem ex causa libidinis, an teneatur pena priuati carceris: vide Bart. in l. verum. de fur. & vide Bar. in l. ij. ff. de verb. signi.

Si reus vel accusator mortuus fuerit. Rub. VI.

LEX I.

ET si marcellus. Per mortē vnius accusati, nō extinguitur
a accusatio[a] quo ad alium de eodem crimine accusatū.
a h. d. No. ex hac l. † qꝫ plures de eodē crimine possunt simul accusari, secundum veram opinio. vt l. inter liberos. ff. ff. de
b adul. Item mandans & faciens[b] possunt simul accusari de eodem crimine, quod dic, vt l. nihil. ff. de adulte. & hic tangitur per Ly. qꝫ no. & tene menti.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Extinguitur accusatio. In materia huius l. & tit. vide singularem questionem quam posui post Bar. in l. ex iudiciorum. ff. de accu.

b ALEX. ¶Mandans & faciens. No. mandans & faciens possunt simul accusari. l. minorib. ꝫ. de his quibus vt indi. per Barto. in l. hos accusare. ff. lege. & l. nihil. ff. ff. de accusa.

LEX II.

IS quem. Mortuo accusato, etiam liberatur accusator. h. d.

LEX III.

IVt proponis. Licet mortuus sit qui de falso instrumēto accusabatur, potest tamen accusari, qui eo vtitur. h. d.

LEX IIII.

DEfunctis. Defuncto reo extinguitur accusatio, nisi seipsum occiderit. h. d.

LEX V.

IQuis cum. Si pendente appellatione, a sententia. in qua tacite venit bonorum ademptio, reus, vel accusator decesserit, pena extinguitur, sed si bona adimantur, expresse durat causa propter quā bona adimuntur, quod habuistis in l. ij. si pen. appel. moza interue. &c.

Si quis imperatori maledixerit. Rub. VII.

LEX VNICA.

SI quis. Qui maledixit Imperatori, est ad ipsum remittēdus, vt ex persona eius,
a qui dicit estimetur [a], nec est ab alio puniendus. h. d.
a No. tex. ibi, vt ex † personis hominuꝫ dicta pēsemus. Unde qualiter sint metuende mine ex personis hominum consideratur. Habuistis in l. metum. supra, quod metus causa.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Estimatur. Qualiter iniurie sint considerāde, vide ad istum tex. quod no. Bar. in l. Turpia. ff. de leg. j.

Ad legem iuliam maiestatis Rub. VIII.

LEX I.

ETiam ex alijs. Qui contra legem iudicat, in l. iul. maie. nō incidit. hoc dicit.

LEX II.

AMenam. Qui iuramentum prestitum non observat, in hanc l. non incidit. h. d.

LEX III.

IQuis alicui. Ex hac l. accusati torquen-
a tur, [a] nec aliquo priuilegio excusantur. Idem in accusatore, & cōsorte. h. d. Vide gl. su-
1 per verbo. conuictus. Ex hac glo. no. duo. † Primo. quod vnus testis facit indicium sufficiens ad torturam. Vidistis in l. in bone fidei. ꝫ. de iureiur. & ff. eod. tit. in Admonendi. Secundo no. quod li-
2 cet † communiter omnes leges loquantur in plurali, & dicant precedentibus indicijs, tamen sufficit vnum bonum indicium. & sic tenet glo. tua, quam vide & not. De istis indicijs dixi plene, in l. fin. ff. de questio.

ADDITIO.

b ALEX. ¶Accusati torquentur. Vide Bart. in l. j. ff. ad questionem. ff. de questionibus.

LEX IIII.

NEmo. Potest quis suum priuilegium allegare, ne torqueatur, preter quam in crimine lese maiesta. h. d. hec l. notabilissima.

LEX V.

QUisquis. [a] Qui proditionem fecerint, vel tractauerint cōtra principem, vel eos,
a qui sibi assistunt puniuntur morte, & publicatione bonorum & eorum filij non sunt capaces hereditatum, vel le-
b gatorum, nec ad testimonium, [b] honores, vel officia admittuntur, filie ex hereditate paterna nihil capere possunt: ex bonis vero ma-
c ternis [c] legitimam tantum capere possunt, vxores eorum dotes recuperant, & idem in socijs & participibus dicti crimmis. Sed qui
d proditionē reuelauerit, venia dignus erit. h. d. [d] Et primo facit ad
1 q. quam habui de facto in hac ciuitate. † Statutum est hic, quod quicunque prestiterit auxilium, vel fauorem alicui exbannito. pro proditione huius communis, puniatur certa pena. Modo quidam de hac ciuitate procurabat quod dominus Petr. de Spole, qui erat exbannitus vt proditor huius communis rebanniretur, querebatur vtrū incideret in istam l. tanquam prestans consilium, & fauorem exbannito pro proditione: Quidam Canonistę dicebant quod non, per decretales que dicunt quod licet non sit alicui licitum communicare cum aliquo excōmunicato, hoc est verum, nisi pro eo reconciliando eum audiret, ita in proposito ille, qui procurabat quod rebanniretur, faciebat vt reconciliaret eum huic communi, & sic nō incidebat in legem. Ego dicebam quod hic erat casus in cōtrarium, ibi, demque iubemus etiam, &c. Non ob. quod dicitur de excommunicatione, quia sententia excommunicationis est medicinalis, non mortalis, vt in cap. cum medicinalis. extra de senten. excom. lib. vj. Nunquam enim aliquis excommunicatur, vt perpetuo sit condemnatus, sed vt ab inobedientia desistat, bannum vero, quod datur hodie secundum statuta terrarum est mortale, & elapso termino banni, non daretur sibi venia comparenti, & venienti ad mandata, ideo non est ratio eadem quod sepissime accidit, specialiter hic.

ADDITIONES.

* ALEX. ¶Quisquis Ad hanc l. vide Bar. in l. constitutionibus. ff. de appel. qualiter debeat intelligi hec lex dicam j. in fin.

* CLAVD. DE SEISS. ¶Nunquid ista pena respiciens filios habeat locum quādo de crimine patris cognoscitur post mortem. Videtur quod non: quia ista lex loquitur in casu quo viuens fuit pater damnatus: ergo cum sit penalis, exorbitans & odiosa, non debet extendi ad alium casum, maxime quando est eadem ratio secundum ea que habentur in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisc. & quod ibi not. Barto. & doctor. in l. cum filius. in princip. ff. de verb. oblig. & facit l. absentem. ff. de pens. & expressius Barto. in l. ij. ꝫ. ad crimen. ff. de public. iudic. In contrarium tamen quod imo dicta pena habeat locum in predicto casu est text. in c. statutum. in versi. hoc sane. ibi, qui tales esse vel decessisse probantur. de heretic. libr. vj. qui text. loquitur de huiusmodi penis filiorum & nepotum. & ita resideo. facit l. ordo. ff. de accus. & quod not. Barto. in l. infamem. ff. de pub. iudic. ¶Posset tamen ad illud secundum responderi, quod illud sit speciale in crimine heresis: quod non est trahēdum in crimine lese maiestatis, in quo non est tanta ratio, vt probatur in cavergentis in fi. de heret. & ita in simili respondet Aret. in c. qualiter & quando. ij. de accusat. In contrarium facit quod not. Barto. in l. ex iudiciorum. in questione de bannito de accusat. cum concord. & quod habetur in extranag. ad reprimendum vbi proceditur in crimine contra absentem. ¶Pro prima parte facit quod not. Salyc. in l. hi qui. in fin. per illum text. iuncta l. seq. C. de aposta. alias est in l. apostatarum. eod. titu. ad idem quod not. ¶Host. in summa. de here. ꝫ. qua pena feriatur. versicu. verumtamen & prima sententia. Item omnia iura que dicunt contra heredes & filios procedere, dicunt simpliciter quoad bona: sine leges inspiciātur sive canones. Quid autem si per statutum vel sententiam pronunciaretur quis rebellis, & sui, an comprehendentur filie, vide Aret. consil. xxxix. determinantem quod non.

a AND. BARB. ¶Pōdera si adduci posset ad qōnē, quā tetigit Bal. in l. j. in pn. ff. de ver. ob. de phibito loqui cū bannito: an sit pro-

hibitum sibi mittere nuncium vel literas. Et certe nō facit. q; hic loquitur de dante fauorem. vt habetur in l. post legatū. §. j. amittere. & ibi Bar. ff. de his qui. vt indig. Sed pondera ad istud dictum Bar. qō petens reb⁹ mauri proditorem. videtur prestare fauorem proditori. qō statutum denegat. & licet lex canonica prohibeat loqui cum bannito. intelligitur quo ad commercia. & quo ad suffragia. & similia. vt ruboze perfusus veniat ad obedientiā ecclesie. Si ergo ecclesia ista disponit. vt reducatur ad obedientiā. multo fortius permittit. vt cum eo loquatur. ad finem reducēdi eū ex eo. q; punitus erat de inobedientia. & illa ercōmunicatio insequitur eum quocunq; vadat. Sed in proditore patrie est secus. q; ly sit bannitus. non tū est punitus de proditione & petēdo q; sibi remittatur pena. est contra publicum bonum. q; lex vult maleficos punir. l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. P. P A V. P. ¶ Quisquis. Ad materiā istius l. vide Soci. consi. cclxxix. vol. ij. & consi. xxij. vol. j.

b ALEX. Testimonium. Vide Barto. in l. iusiurandi. ff. de iureiurand.

c ALEX. ¶ Maternis. vide Bar. late in l. furti. §. ope. ff. de iur. sed an furens testimonium pro ipso videatur dare opem. vide Bart. no. in l. post legatum. §. si vero. in fi. ff. de his qb. vt indi. Et ad istū ter. vide quod no. Bing. in l. iij. §. j. ff. quod quisq; iuris.

b ALEX. ¶ Hoc dicit. limita istam l. tm̄ procedere vbi crimen est attentatum specialiter in psonā Principis. vt Imperatoris. aut Principis. sed vbi peccāti esset in alijs capitulis l. iul. ma. de quibus gl. j. ij. & iij. ff. eo. q; tunc non hz locum pena. de qua hic. sed hz locum pena. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. di. Itē limitauit hanc l. Pau. de Leaza. in cle. pastoralis. de re iud. Jo. an. in c. statutum de reser. in vj. in nouel. Pro quibus optime facit glos. in l. j. in ver. hostis principalis. j. de bon. li. alias eoz̄. ff. ad l. Jul. maie. Tu vide Bar. in extra. ad reprimē. §. qui sint rebelles. in ver. rebellando. & q; no. Bar. in l. ij. ē. de man. vind. & an habeat locū in alia ciuitate quam ea. vide gl. & Bar. in l. j. ff. eo. Et adde qō non subditus. non incidit in crimen lese maiest. sed Bald. in l. ij. ē. de fal. mone. de proditore populi. ita incidit. in hoc crimen sicut proditor principis. l. ij. & ibi Bal. in l. fi. j. de abol. & vide hic Sal. & vide in c. j. vt lit. non contest. & circa materiam huius l. querit. an filius condēnatus de crimine lese maie. priuetur beneficio ecclesiastico iam quesito. & vī qō sic. cum talis filius sit infamis. vt hic. sed infamia nondū rescit a dignitate. sed remouet a iam quesita. l. infamia. C. de decur. li. x. Et si dicis. qō iudex secularis non potest priuare quem beneficio ecclesiastico. vt no. doc. in l. j. de pen. respondeo secundum. l. cū pro barto. & ibi gl. ff. de proba. que dicit. delictum tuū te punit. nō ego. & sic non punit iudex secularis eum principaliter. sed in consequētiam. Tamen in contrarium est gl. fing. xxvj. dist. satis puersum. si est crimen lese maiesta. temporalis. secus si diuine & spiritualis. q; tunc priuatur. vt in c. ij. de schismaticis. & in c. quicūq; de here. in vj. q; tene menti. post apostillam. vide Old. consi. xlvij. vbi plene de materia. & an spoliantes nūcios apostolicos dicātur cōmittere crimen lese maiest. vide Roma. consi. cccxcv. & inquantū Bar. in fi. dicit quod bannum hodiernum est mortale. vide Pau. de ca. consi. xxiij. quando dicatur committi crimen lese maiest. vide Bal. cōsi. cxxxij. lib. j. Pe. de anch. consi. cclxxviij. & ibi qualiter testes debeant concludere. & an contra Papam. vel legatum de latere. dicatur committi crimen lese maiestatis.

LEX VI.

Meminisse. De crimine lese maiesta. pōt post mortez rei inquiri. hoc dicit ista lex notabilis.

LEX VII.

Post diui Marci. Post mortem rei. de hoc crimine pōt que r. vt eius damnetur memoria. & bona successoribus auferatur. & alienationes facte a die commissi criminis rescindātur. hoc dicit ista lex. Et not. quod dixi in summario. & tene perpetuo menti.

Ad l. Iul. de adulteris, & stupro. Rub. IX.

LEX I.

Publico. Uxores non possunt accusare viros de foro violato. secus econuerso. hoc dicit.

LEX IIII.

a **Bacchus.** a Maritus. & eius filius pūt adulterum vilem inuentū impune occidere. b ly si non erat vilis. mitius punietur. h. d. Tene mēti istam l. Not. quod legitime factum est. penam non meretur. Not. quod licite possunt filij in istis obedire patri. etiam in atrocionibus executionibus. legitime tamen factis.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Bacchus. Vide Jac. de Bel. de quest. & Fel. in c. dilecti filij. de excep.

b ALEX. ¶ Occidere. Peccat tamen. xxxiij. questio. ij. c. admonere. & in c. inter hoc.

LEX XV.

Quondam Vide auth. que tractat de remissione criminis. & nota eam. de qua tractatur in auth. qua in prouincia. vbi de crimine agi oportet. & ego dixi in l. si cui. §. fi. de accus.

LEX XIX.

a **Quamuis** Accusatore absente. post crimen lis quidatum potest ad sententiam diffinitiuam peruenire. a Querit gl. b hic licet ad crimen publici iudicij prosequendum. non admittatur procurator. quid si non fuerit oppositum an valeat processus? Bloss. videtur dicere quod sic. quam vide & not. super verbo. presentiam. Quod dic vt hic dixi. ff. de pub. iud. l. pen. §. ad crimen.

b

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Peruenire Vide Bar. in l. contra pupillum. ff. de re iu. & vide no. gl. hic singulariter. Ad idem dixit singulariter Inn. in c. quia propter. de elect. quod vbicunque per statutum quis tenetur comparere personaliter. si per procuratorem comparet. qui procurator fuit admissus tenet processus. & etiam probatio facit ad l. si maritus. §. prescriptione. cum ibi no. ff. eo.

b ALEX. ¶ Querit gl. de hoc vide Bar. & q; ibi dixit gl. ff. l. pe. §. ad crimen. j. de pub. iud. & alleg. in l. ita demum. supra de procu.

LEX XXVI.

a **Quoniam.** a Qui non pōt accusare de crimine non pōt percipere de eodem ad aliquē puniendum. hoc dicit hec notabilis lex.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Quoniam. Vide hoc singulare dictum. quando maritus accusat vxorem. de adulterio. & postea remisit accusationem. & mulier non continuat adulterium. an possit iterum accusari de adulterio. vide hic not. per eum. & ad Bart. hic facit quod not. Bart. in l. amplius non pe. ff. rem. rat. hab. & Bart. in l. fi. §. fi. de eo per quem fac. erit. & ibi allegat hunc tex.

LEX XXVIII.

a **Ita nobis.** a Hic enumerantur. q̄ exceptiones possunt obiici accusanti de adulterio. Not. q; hec lex statuit posse tātum certas exceptiones obiici. & per hoc excluduntur alie exceptiones legitime in corpore iuris incluse. vt hac gl. & ideo per hoc doc. inducūt hanc legem in arg. quod licet statuto caueatur. quod contra instrumentum non possint opponi nisi certe exceptiones. quod per illud statutū non excludantur alie legitime. quod non puto vsquequaque verum. Quod dic vt plenissime dixi in l. j. §. j. ff. quod vi aut clam.

r

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ita nobis. facit ista l. ad materiam. de qua per Bart. in l. j. in pūn. ff. si quis ius dicent. non obtem.

LEX XXIX.

a **Que adulterium.** a Domina a caupone potest de adulterio accusari. secus de familia. que hospitibus seruit. h. d. & ibi

r

b glo. b vtrum cum meretrice nupta possit committi adulterium. Bloss. dicit quod sic. Quidam vltramontani dicunt contrarium. & forte melius.

ADDITIONES.

a AND. BAR B. ¶ Que adulterium. Vide istam legem alleg. per gl. in c. tanta. de simo. & ibi doc. in c. si Christus. de iureiu. & in ca. crapula. de vi. & ho. cler. ibi omnino. & vide Lud. Ro. consi. cclxxxiij. an propter adulterium perdatur dos?

b ALEX. ¶ Querit gloss. vtrum cum meretrice sine sit nupta sine non sit licitum adulterium. vide Cy. in l. j. j. de rap. virg. in addi. sed Barto. in l. si vxor in pūn. ff. eod. alleg. in gl. videtur tenere glo. hic. vide Bald. j. eod. l. si mulier.

LEX

LEX XXX.

1 ¶ Crimen remanet publicum, licet auferatur facultas accusandi omnibus, restringendo ad certas personas tantum.

a QVamuis. [a] Accusare de adulterio licet marito, & aliis communitis personis, non extraneis, h. d. Opp. & videtur quod quilibet de populo admittatur ad accusandum. Unde videtur obstare. ff. eo. l. iij. §. fin. & l. seq. Sol. dicit glo. ista lex loquitur, quando isti propinqui non erant. Doct. moderni dicunt, quod illa lex corrigitur per istam. Et ista opinio plus placet, per rationem positam in hac l. videlicet ne lis
1 ceat extraneis fedare connubia. Secundum quam lec. habes, quod licet per formā statuti auferatur facultas accusandi de publico crimine omnibus, & restringatur ad certas personas tantum nihilominus remanet crimen publicum. De hoc diri vobis in l. j. ff. de pub. iud. Ultimo habetis in fin. quod pena adulterij est pena mortis. Oppo. ff. de questio. l. si quis viduam. Sol. vt ibi not. Et ibi diri vobis. secundum ista tempora, pena mortis in muliere est alter constituta, ideo vide auth. sed hodie vide de iure communi pena in masculo non est immutata. sed in femina sic. vt § in authent. Habetis hic aliam authen. que loquitur de quadam pena que infertur ei, quem maritus habet suspectum de adulterio vxoris sue, que incipit, si quis ei.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Quamuis. Casus appellationis ab accusatione adulterij notantur ff. eod. q. vj. in summa. & in c. intelleximus. in fin. extra. eo. vt in vltimo habetis. Et de ista pena adulterij adde etiā Bald. in l. Claudius. de his qui. vt indi. pena etiā adulterij, quod mulier perdat dotem. vt hic videtur quod in bonis paraphernalibus, dic secundum gl. sing. in c. plerunque. de do. inter vir. & vxo. & vide in l. ex consensu. §. de repu. Sed an dicta glo. sit vera, diri post. Jmo. in l. cum mulier. ff. sol. mat. Que autem sit pena stupri, vide no. Bal. in l. raptores. §. de epis. & cleric. Et quando mulier committat adulterium cum incestu, & puniatur, vide in l. si adulterium cum incestu. in princ. vbi glo. in linter liberas. ff. eod. Et de istis penis vide plene per Jacob. de Bel. in l. raptores.

LEX XXXI.

CAm vir. Ista non consueuit legi, quia de ea loqui
nō est honestum. Breuiter dicit. Crimen
a Sodomie vltore gladio punitur, [a] hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Gladio punitur. Vide in authen. vt non lururientur contra naturam. ff. eod. q. ij. hic quanquam. vbi etiam dicitur de crimine, quod committitur cum brutis. quid in Judeo, videtur in c. archiepiscopat. de rap. Quid in muliere agente vt vir, vide questio. in l. fedissima. §. eo. de rapt. alias. ff. eod. de adul.

LEX XXXII.

1 ¶ Nomen rei, quando dicatur receptum inter reos.

ADulterij. Habeo istam. l. multū charam, quia probat vnam meā opi. de qua est casus hic. Breuiter dicit. In q. adulterij exceptiones frustole reprobatur. exceptiones legitime que processum respiciunt. primo examinantur, postea de crimine cognoscitur. h. d. & per istam
1 leg. ego dico manifeste probari opi. meam, quod tunc dicitur nomen rei receptum inter reos, quando facta examinatione super omnibus exceptionibus dilatoriis respicientibus processum iudex pronunciauit super accusatione procedendum esse. vnde aute lit. contesta. potest dici nomen receptum inter reos. scilicet per illam pronunciationem. merito hic potest fieri reo absente. vt vidistis §. eod. l. adulteram. licet glos. aliter dicat. Diri tibi in l. is qui reus. de pub. iud. & tunc non allegam tibi hanc l. sed heri tantum addidi, & ideo tene menti.

LEX XXXIIII.

JQui adulterij. Si absolutus ab adulterio priorum itatis preterea, postea cum ea matrimonium contrahat, ex hoc iuris & iure videtur nasci presumptio ex qua de primo adulterio de
a quo fuit absolutus, poterit condemnari. [a] h. d. hec singularis lex. quod tene menti. Opp. nemo ex presumptionibus est condemnatus, vt l. absentem. ff. de pen. Solu. Ibi loquitur de presumptione hominis, hic de presumptione iuris, & de iure. Oppon. postquam quis est absolutus, non potest condēnari, nisi doceatur de prevaricatione, vt l. si quis homicidij. de acc. & l. iij. ff. de prevar. Sol. Specialis casus est hic, Simile vidistis §. de reb. cred. & de iureiur. l. fin.

ADDITIO.

1 SEruum.[a] Seruus punitur, si dominum deffe-rat,preterquam in crimine lese maiestatis.h.t.†Not.text.ibi cum dicit.de exemplo proditorum quando aliquid dicatur fieri proditorie, plene dixi in l.respiciendum.§.delinquunt.ff.de pe.alias dic vt in gl.

ADDITIO.

a ANG. ¶Seruum.Hec lex est in argumentū de statuto.quod occidens bannitum non puniatur.† Modo queritur nūquid socius banniti occidens bannitum proditorie modo,debeat puniri? Casus est hic quod sic,z ita practicatum fuit Perusij Et † quot modis dicatur proditor. * Vide Felt.in c.j.de hom.z quod ibi dixi in apostil.* z in quem cadat delictum proditorie,vide in ca.pastoralis.extra de re iud.

De petitionibus bonorum sublatis. Rubr. XII.

LEX I.

¶Bonorū vacantiū,aut quasi vacantiū petitiones esse sublatas.

14 Usufructuarius non potest concedere vsumfructum, sed vtilitatem fruendi sic.

15 Concessio facta motu proprio, quando dicatur facta ad partis postulationem.

16 Bona per fiscum non possessa possunt motu proprio concedi,non tamen ad partis postulationem.

a

QVisquis[a] bona que deferuntur in fiscum, nemo potest sibi impetrare,z concessio facta ad petitionem alterius non valet,secus si fieret motu proprio principis.h.o. ¶Primo prohibet quem petere. ¶Secundo annullat concessionem ad petitionem partis petentis. ¶Tertio validat concessionem proprio motu factam.

1 Secunda ibi,sed quoniam. Tertia ibi, si quid autem † Ex prima parte not.quod deprehensus in crimine, dicitur ille, qui de eo est conuictus. Secundo not.q ex sola postulatione,licet infructuosa

8 punitur quis. Tertio no.quod cuius prohibetur petitio eiusdem non valet concessio.Concor.sunt in gl.Et secūdum hoc facit quod si prohibetur aliquid per statutū proponi in consilio,vel arengari, q ex hoc videtur esse prohibita reformatio super eo facta.Contra hoc facit supra de prec.Impe.offe.l.vniuersis. ¶Sol. Hic loquitur quādo prohibetur petitio seu propositio respectu rei.Z ex ve-

b ro cōtraria loquitur qū prohibetur persona petere seu pponere.[b]

10 ¶†Ultimo not.qd valet cōcessio facta motu proprio principis.[c]

c †Quero quid si Imperator in rescripto dicat nō obstante tali l an

11 valeat? Dicit gl.quod sic.z bene,vt l.fin.§.si contra; ius vel vti.pu. Quero quid vult dicere text.dum dicit huiusmodi tantum,&c. dicit gl.quasi dicat,talis concessio facta ppio motu,alias non valere,z

12 ista bona.† Alij dicunt quod potest concedi aliqua res de bonis vacantibus tantum.non ipsum ius occupandi, sicut prebēda non potest concedi,sed aliqua res prebende potest.Hoc non placet,q; etiam ipsum ius pōt concedi motu proprio Principis,vt habuistis ā.tit.ij.l.j.† Item prebenda z res prebende potest cōcedi superiori,vt patet in toto tit.extra de preb. Ille autem, cui est concessa prebenda.non potest eam concedere alteri,q; debet renunciare in manibus superioris.vt l.legatus.ff.de offi.presid.extra, de renunc. c.quod in dubijs. Rem autem prebende potest cōcedere ex causa.

14 †Sumle in vsufructuario,qui non potest cōcedere vsumfructum, sed vtilitatem fruendi,vt l.arboribus.§.vsufructuarius.ff.de vsufr.

15 z Inst.de vsuf.§.finitur.† Quero vtrum intelligatur in dubio concessio facta ad postulationem vel motu proprio? Respōdeo, intelligitur facta ad postulationē nisi exprimātur motu proprio, in c.si motu proprio.extra de preb.lib.vj.secus in concessione que fieret

b per legem,vt dixi.ā.tit.ij.l.j.[b] † Oppo.gl.ad l.ultam de l.ij.j.de loca,

16 predi.ciui.dicit glos.ibi.ab alio possidebatur,z sic innuit quod hec lex habeat locū,quando bona concessa possidentur per fiscum,qs videtur probari in princ.dū dicit fiscus inuasit, z sic bona per fiscū non possessa,non possunt cōcedi etiam motu proprio. Item in eis si quis postularet, non pumretur,contrarium puto,nam etiam si fiscus non possideret,non possent peti nec concedi ad postulationem,vt j.l.proti.que generaliter loquitur,sed proprio motu principis possunt concedi,etiam si non possiderentur,vt ā.tit.ij.l.j.Non obstat cōtraria lex,quia ibi loquitur in locatione, que fit respectu mercedis,ideo non debeat auferri possessori volenti soluere mercedem congruam.hic loquitur in largitate, seu donatione, que fit respectu meriti,que non cadit eque in possessorem sicut in alium.

ADDITIONES.

¶Pro soluendo Bart.z in quo arguitur de contrarietate in hac l.prima vide concordiam,quam posui ad l.iij.§.si in venditione.ff. quibus modis pignus vel hypothe.sol.

a ANG. ¶Quisquis.Not text.in hanc l.ibi,deprehensus,&c.Not. quod appellat deprehensum in crimine omnem, qui de crimine conuincitur. Et hoc sine dubio verum est, vbicunq; statutum pu-

2 nit crimen,nō autem deprehensionem.† Si autem lex vel statutum punit deprehensionem tunc ille dicitur deprehensus, qui in ipso flagranti crimine deprehenditur,vt ff.de fur.l.iij.z l.si quis in seruitute.eo.tit.† z ideo si statutum dicit quod si quis fuerit deprehensus arma portare, puniatur tanta pena, non punitur, si probatur quod visus fuerit arma portare, nisi in ipsorum gestione reperiatur,z deprehendatur.z hoc est,q; statutū se retulit ad ipsorum deprehensionem,non autem solum ad armorum gestionem,vt dictus

* legibus probatur.* Adde do. Aler. de Imo.in l.qui seruū.de verborum obligationibus,z l.j.ver.infert Bar.hic.ff.de acq. poss.z ibi Bar.in princ.in versi.aliud est genus querendi,z Ang.in auth.de san.epis.§.reuerendissimi.z in l.iij.§.Veratius.ff.de acqui.poss.vbi etiam late per do. Aler.versi.inducuntur per Ang.cum concor.

4 ibi per eum signatis.*ALEX.†Facit ad statutum dicens q si iudex deprehēdit aliquem furtum facere, puniatur in centum.quod si reperit eum non in flagranti crimine, sed post furtum consummatum verificabitur statutum, quia iudex dicitur deprehendere conuincendo,vt hic,z ad hoc l.j.ā.de his qui er pub.ratio.mu.pec. acci.eo.li.quod sine dubio procedit quando statutum loquitur de iudice,qui iudex non potest deprehēdere, nīi per actū iudicialem

5 in cognitionem criminum.sed si statutum diceret.†Si familia Postestatis repererit aliquem furtum facere,habebit locum statutum ita demum.si reperiat in flagranti crimine.Et ita intelligi potest ā. de ser.fugi.l.si fugitiui.in verfic.deprehendantur. Adde vltra quod no.Bar.Ang.z alij.in l.j.ā.de rap.vir.z ter.cū gl.in l.ij.de cust.reo. z ter.cum gl.in l.j.vbi quis decur.vel cohor.z in l.j.cum gl.vbi Iena, vel cla.z vide Paul.de Cast.in l.ij.qui testa.fac.poss.z ibi diri post

6 Ro.†Si autem statutum diceret,quicunque fuerit detectus arma portare,sufficit quandocunque.l.j.ā.de his qui er pub.ratio.mu. pecu.acci.z ibi dixi aliquem inuenirī in flagrāti.z deprehendi. Adde ad hoc l.sine igitur,z l.si quis in seruitute.ff.de furt.l.palam.§.

7 qui adulterio.de ritu nup.z quod not.† Angel.in d.l.si fugitiui.vbi tenet quod statutum loquens de eo qui deprehensus fuerit intelligatur de eo qui actu fuerit deprehensus,per d.l.palam,z d.l.fugitiui,z l.j.ā.vbi quis dec.n.quod potest procedere nisi statutum diriget verba ad iudicem.vt supra dixi.

b ALEX. ¶Proponere. Ut puta si statutum diceret,quod nullus magnus possit arengare:nam si arengaret,z arenga affirmaretur, valeret,vt d.l.vniuersis. Angel. Adde Paul.de Castr.in l.j.in pun. ad leg. Falcid. Quid autem si fit facta propositio per personam habilem,vt scripsi post Bar.in l.ij.j.de decuriombus.vide Jacob. Butr.z Bald.de hoc in l.quod fauore.de legi.z aliquid per Bar. z scribentes hoc tribus modis limi.in l.ij.in princ.quod quisque

9 iur. ¶†Sed hoc secundum fallit in excommunicato,vt in c.extra,de reseri li.vj.Hot.ter.ibi propter importunitatem petentium.

c ANG. ¶Principis. Quid autem importat ista concessio motu proprio,vide plene per Canonistas in cap.si motu proprio.de prebēn.lib.10 serto.

d ALEX. ¶L.j.De hoc vide Bart.z Ueran.plene in l.ij.ff.quod quisque iur. Item non potest probari per testes quod motu proprio fecerit,vt per Ang.in l.si quis iniquum.in princ.ff.quod quisque iuris Aler. ¶Adde Rotam in decis.cccxxxv.licet in nouis.*

LEX II.

4 ¶Notarius scribens contractum illicitum,qua pena puniatur.

5 ¶Prebenda,que est consueta concedi,potest impetrari.

6 Dispositio huius legis,quinon corrigatur per aut.bona damnatis

7 Statutum positum in volumine statutorum, est maioris efficacie quam statutum extrauagans.

VIle.[a] Nullus admittitur ad impetrandas res delatas in fiscum siue fiscales.z impetrans z officiales curie principis,qui in his impetrationibus operam darent,vel scriberent,legitime puniūtur.h.o. Primo prohibet impetrationem in genere. Secundo enumerat quasdam personas,de quibus videbātur magis dubitare. Tertio ponit officiales tales rescriptis consentientes. Vltimo lex ista extēditur ad alias res fiscales.

scales. Scda ibi, z si intestatus. Tertia ibi, sed vir. Quarta ibi, sed pari forma, z est lex ista quasi glossa z declaratio legis precedentis. † Circa primã partẽ quidã habẽt in principio legis. omne eñ, z sic videtur continuari ad precedẽtes, alij non habent eñ. si habent, ponitur inceptiue. nam leges. ã. non cõtinuãtur ad precedẽtes, dicit glo. z ã. de testib. l. quoniam liberi. Item ex principio z ex fine colligẽ differentiam inter istam legẽ z precedentẽ. Nam precedens loquitur de rebus iam incorporatis in fiscũ, cum dicitur, fiscus inuasit, hic de omnibus tam incorporatis, quam nõ. Venio ad secundã partem, ex qua nota † qõd si punitur maior, multo magis debet timere minor. hoc colligitur ex versu cũ dicit. cũ nec illis. † Venio ad tertiã partem, ex qua nota qõd officiales, z dantes operam istis literis vel rescriptis illicitis, puniuntur. ¶ Ité no. q̃ puniuntur notarij, simile in Liubemus. ſ. sane. ã. de sacrosan. eccle. ¶ Sed aduertendũ q̃ hic non puniuntur pena falsi, sed alia pena hic inserta. † Et sic notarius scribens contractũ illicitũ, non tenetur pena falsi, [a] nisi in casibus, quibus est expressum a lege facit [b] ã. de testa. Liubemus. [b] † Venio ad quartam partẽ. ex qua colligit gl. arg. quod prebenda non debet impetrari. q̃ intelligo verum de rebus que pertinent ad cameram ecclesie Romane vel fisci, sed prebenda consueta concedi si vacat, bene potest impetrari. vt extra. de preben. z de concess. preben. per totum. facit ſ. de omni agro [6] deser. per totũ illum ti. † Opp. ad id q̃ in precedenti particula dicitur de publicatione bonorum authẽ. vt nulli ind. in fi. z ã. de bon. damn. authen. bona damnatorum. dicit gl. q̃ hec corrigitur p̃ illam auth. doc. contra cum hic non damnetur ad mortem ciuilem, vel naturalem. vt hic notatur. Opp. ad vltimam particulam in eo qõ dicit. pragmatica iussio. ã. de no. Cod. compo. l. j. ſ. fi. Sol. dicit gl. [7] ibi erat inserta in corpore iuris, z sic maioris efficacie est statutũ positum in volumine statutorum. quam quedã reformatio extranagans. nulla. est eñ maior presumptio quod sit facta ad postulationem alterius, forte sicut in rescripto. z victistis ã. eo. l. pprij. z q̃ dixi in l. j. ã. de bon. vacan. intellige de lege in corpore iuris inserta, alias secus, vt hic. ¶ Op. ã. de leg. l. j. ſ. fi. Solue vt in gl. Op. q̃ in multis casibus admittatur petitio bonorum. nam admittitur petitio hereditatis, z petitio bonorum possessionis, z si. Solu. in illis petitur iure permittente, hic iure prohibente.

ADDITIONES.

a ¶ Et sic notarius non tenetur pena falsi. Adde qõd licet hoc, qõd hic dicitur. sit verum. punitur tamen alia corporali pena ira. not. iste in Liubemus. ã. de epis. z cler. z Bar. in l. ij. ã. de eunuch.

b ALEX. ¶ Jubemus. Adde ter. ſ. q̃ vero Leonis. in authen. de non alie. cũ glã. verbo. proferre. z no. per Bu. z Bal. in Liubem°. ſ. si me. el j. de ſa. ſan. ecc. de hoc etiam aliquid per Bar. in rub. de fide. iuſſ. in verſ. dixi tertio, z in l. super chyrographarijs. ã. si certum petatur.

De his qui se deferunt. Rubr. XIII.

LEX VNICA.

1 ☞ Heres non capax se deferens premiatur, z an teneatur se deferre statum.
3 Maior an debeat dare optionem minori.
4 Authoritas vnius sancti fulcita authoritate testamenti veteris, preferetur constitutioni papali, etiam in decisionibus causarum.
5 Heres non capax institutus punitur pena, de qua hic, quãdo iste dolose celat fisco, z fideicommissario.

a [a] IGcuius non capaci si se deferat, lucratur tertiã, vel maior. vel vero defuncti nõ capax se deferẽs, lucratur dimidiã, z facta diuisione habebit optionẽ occultãtes vero legitime punantur. h. d. Pomo loquitur q̃ heres grauat? tacite de restituendo non capaci se defert. Secundo qñ vel non capax, cui debet fieri restitutio defert seipsam. Tertio ponit here dẽ occultantẽ. Scda ibi, q̃ si ab vxore. Tertia ibi, z tũc occultator. † Ex prima parte nota premium heredis deferẽtis. Secundo, quod debet se deferre statum. Opp. qõd non statim. d. l. edicto. ſ. cum autem. ff. de iur. fiſ. gloſ. ponit plures. ſol. doc. tenet vltimã. dic vt dixi in l. contraria. Op. z videtur quod debeat lucrari dimidiã, z non tertiam. vt ff. de iur. fiſ. l. cum tacitum. Solu. ibi loquitur de fideicommissario, hic de herede rogato. Item contra. ff. co. l. senatus. vbi etiam loquitur de here. Sol. Circa istã materiã distingue, vt ibi plenissime per Dy. Venio ad scdam partem z opp. ff. de iur. fisc. l. cum tacitum. Sol. glo. hic. tu plene dic per Dyn. in d. ſ. senatus, † Ex ista parte nota illud qõd dicitur qõ mulier in dimsionem habet optionem. Ex quo dicunt vulgares, † quod maior debet dare optionem minori. quod est falsum, nisi in casibus, in quibus priuilegium conceditur, vt hic. z l. ij. ſ. de mera. altas diuisio expedire [b] tur officio iudicis, vt inſti. de offic. iudi. ſ. si familie. z ſ. ſeq. [b] † Circa vltimam partem quero quando heres punitur pena hic posita. Respondeo, quando studiose celat fisco. z fideicommissario. qõ [c] patet ex tertio dum dicit, fisci z mulieris inimicus. [c]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ De materia vide Bal. in l. senat°. ſ. senat°. ff. de iur. fiſ.

b ALEX. ¶ Et ſ. seq. Adde Bart. hic. z l. pen. ã. commu. divi. Sed quod minor debeat facere partẽ minori, habemus authoritatem antiqui testamenti. quia Abraham fecit partem, z Lot elegit. Et idem dicit Augu. vt refert Bal. in d. l. 9e. z de hoc est glo. sing. in c. de libellis. rr. dist. secundum dom. Abb. in c. qualiter z quando. de [4] accu. qui dicit quod dictum alicuius sancti fulcitum authoritate veteris vel noui testamenti, preferetur cõstitutioni papali. etiam in decisionibus causarum, secus si cessaret lex diuina. quia tunc decisio papalis preferetur dicto cuiuscunq̃ sancti. * Vide tu ad hec not. per Felin. in cap. ne innitaris. de const. post principium. in versũ. in tert.
* ibi sanctorum cum pluribus sequent. * quia pape. z non sanctis fuit data potestas legis condende. allega. not. in cap. mandata. de presum. Legiste tamen tenet communiter oppositum. Bart. z respondẽt ad c. de parochijs. quod loquitur in dispensatis, vel quia est speciale fauore fidei. sed forte secundum moderationem d. c. qualiter nulla. dictarum solutionum est bona. z ideo forte contrarium posset teneri, cũ nõ reperiatur pro opinione Juristarum decisio clara. reliqua scripsi post Bal. in d. l. pen. Adde quod idem dicit Bal. in Liubemus. ſ. quare, z quibus quar. pars debetur licet Bart. contra in Liubemus. ã. communi dicit. Alexã. Adde Bald. in l. si minor. ã. communi dicit. qui tenet illud quod Bart. hic. idẽ tenet ipse in l. pro. ã. de edendo. ubi modus. Pro quo facit l. cũ quis. ſ. fi. ã. de natu. libe. Bal. in l. seruus quoq;. de hered. inſt. tantum contrarium dicens quod immo minori danda est electio. Jo. And. in c. j. de parochijs post hosti. dicit q̃ senior facit partes, minor eligit. z hoc sequitur Bal. in d. l. si minor. Ang. vero in l. sanctimus. ã. de bona. dicit consuetudinem seruandam. vide Bar. in Liubemus. ã. quando z quibus quarta pars qui tenet idẽ quod hic. contrarium tenet do. Flor. in l. arbiter. famil. ercis.

c ANG. ¶ Inimicus. † Not. rr. ibi pariter inimicus. quod inimicitia cadit in mulierem z ideo si statutum dicit quod damnatus non habens pacem ab inimico debeat rebannire. tradebant habere pacem a muliere succedente passo inuriam. sicut a masculo. Nec ob. in Lombarda. vbi dicitur quod in muliere nõ cadit inimicitia. nec portat arma, quia dico inimicitiam duplicitur posse considerari. Uno modo prout inimicitia concernit rancorem animi inimicantem, z isto modo sic cadit inimicitia in mulierem. sicut in masculo, z ita loquitur hic. Alio modo, prout respicit, z concernit aliquos actus extrinsecos virtutes. prout est arma portare, z vindictam de inimico petere, z facere. z hoc non competerit mulieri post cessas vo- [6] luntates, z ita loquitur Lombarda. * Tu ad hoc vide Felin. in ca. cum oporteat. versũ. nunquid autem. de accus.

Si liberalitatis imperialis socius sine herede decesserit. Rubr. XIIII.

LEX VNICA.

1 ☞ Decedere sine herede, quando quis intelligatur, vbi quod in feudis sine filijs.
2 Jus accrescendi an habeat locum in dispositionibus inter viuos, z ante emolumentum quesitum.

a [a] IAbemus Inter socios imperialis liberalitatis facte etiam inter viuos est locus iuri accrescendi, etiam post dominium veriq̃ quesitum. h. d. † Quero quomodo intelligatur quis decedere sine herede. Quidam dicunt sine herede. i. sine filijs. vt l. ex facto. in fi. ff. ad Trebel. Alij dicunt quod sine herede large. vt l. j. z l. vacantia. ã. de bon. vacantib. Tu dic de hoc debere perpendi secundum qualitatem rei que conceditur. nam si consideretur feudum, intelligeret sine herede. id est. sine filijs. In alijs rebus que sui natura [1] transferantur ad heredem, accipimus large, z dicit. in d. l. ex facto, in fi. [a] † Opp. quod in dispositionibus inter viuos non sit locus iuri accrescendi. vt l. si milhi. z Titio [b]. ff. de verb. oblig. Solu. Speciale hic in donatione imperiali. Et aduerte, quia sunt duo specialia, primum quod dixi. secundũ. q̃ etiam post donationem iam acquisitam vtriusq;. in persona vnius deficiat, est locus iuri accrescendi, vt hic quod in alijs non est in proprietate. l. j. circa fi. ff. de vſufr. accresc. z omnes concordantie que dantur hic in glo. circa ius accrescendi. habẽt locum ante emolumentum quesitum, preterquam in [c] iure patronatus. de hoc dixi plene in l. re communi. ff. de leg. tertio. [c]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ In fin. Adde quod dicitur per Bar. in l. vt ureturando. de oper. libo. z docto. ibi. Jmo. in l. ex facto. ſ. fin. z adde Bald. in ca. j. de alie. feu. vbi intelligit per illum text. sine filijs masculis, z rationem assignat, vt ibi per eum. Aler.

b ¶Et Titio.Et ibidem ad hoc vide do.Aler.& Jmo.
c ALEX.¶Tertio.Adde Bal.in l.j.in prin.de cadu.tol.vbi p istũ ter.dicit idem in feudo concesso a prin.in quo est locus iuri accrescendi,q̃ voluit etiã ipse bal.in c.j.de frat.de nouo benefi.inuest.& in c.j.de duo.frat.a capit.inuest.& idẽ dicit in feudo a rege cõcesso, & idem voluit Raph.& Pau.de cast.in l.quod dicitur,de ver.obli. faciunt no.per Bar.in l.re cõmuncti.de leg.iij.

De thesauris. Rubric.XV.

¶Bl.continuat rubricam duobus modis.Secunda vera,q̃ prima propie est adoptatio ad inferiora,non continuatio, vt l.ij.ff. de statu hominum.

LEX VNICA.

1 ¶Non licet vti arte magica,& similibus sacrificijs.
2 Superfluo impetratur,quod a iure commum conceditur.
3 Sententia vel contractus que annullatur ipso iure,quis non debet petere quod annulletur.
4 Statutum continens idem quod ius commune,non valet.
5 Studiose percutere quis dicitur,qui certo proposito percutit.
6 Creditor non põt in fundo sibi pignorato thesaurum querere.
7 Maritus est dominus rei dotalis,sed reuocabiliter.
8 Suum an dicatur ratione dominij directi,vel vtilis.
9 Dominus directus quando possit querere thesaurũ in re feudali.
10 Casus,in quo dominus non põt permittere in suo vt quis operetur,scilicet vt si quis in fundo suo nomine,& non domini thesaurũ perquirat.
11 Violator legis punitur extraordinarie.
12 Contemnens mandatum regis,vbi non est certa pena,punitur extraordinarie.

a NEmo.[a]Querere thesaurũ in proprio omnibus licet,in alieno vero suo nomine nullo modo licet,& si thesaurus inuentus fuerit a fortuna,inter inuentorem & dñm dimidiatur.h.d.¶Primo loquitur in genere.¶Secõ in specie,& in volẽte querere thesaurũ in suo.¶Tertio in querente in alieno thesaurũ.¶Quarto puniũtur facientes.¶Quinto loquitur in inuemente thesaurũ a fortuna.¶Secũda ibi,nam in suis.¶Tertia ibi,in alienis.¶Quarta ibi,q̃ si nobis.¶Quinta ibi,
i q̃ si forte.¶Prima pars est clara.† Circa secãm nota qõd non licet vti istis sacrificijs,ad q̃ s.de maleficijs,& mathe.l.j.Secõ no,qd est thesaurus proprie loquendo,licet aliquando,sumatur improprie,vt in
2 gl.† Tertio no,q̃ superfluũ est impetrare a principe,q̃ a iure cõ
3 conceditur,facit ff.ad municip.l.ij.in fin.¶Et sic est argumẽtum quod quando lex annullat contractũ,vel sententiam ipso iure,nõ debet peti a iudice,vt pronunciet nullum,q̃ dic plene,vt dixi' in l. que sub conditione,in fi.ff.de condi.instit.& de appel.l.si expressim.
4 Facit etiam quod quando statutum continet idem q̃ ius cõmune,non valet,qõ tangit Joan.and.extra de consti.capit.j.libr.vj.
8 Dixi plene.ff.ad legem Fal.l.j.in prin.[b]Circa istam partem que
b ro quid est dictum m suis,gl.intelligit suum,ratione directi domi
c nij vel vtilis.[c]De significatione meum,tuum,& suum,dixi plene in
d l.Quintus.§.argento.ff.de aur.& arg.leg.Quero quid si inueniatur thesaurus in loco sacro,vel alio loco religioso.Dic q̃ erit fis
10 ci,vt in gl.† Circa tertium no.casum,in quo dominus non potest permittere,vt in suo operetur,quod alleg.glo.ad questionem.in l. cum fundum.ff.de vi,& vi ar.& ibi vide.Item aduerte qõ hoc non operatur voluntas domini,vt alius querat suo nomine,sed alieno poterit per consequens,cum non sit prohibitum.Nemo ad vltimam partem,& circa istam partem oppo,vno modo,deinde querit gl.de vna questione.Dic vt in ea.[e]

ADDITIONES.

a ALEX.¶Nemo.Ad materiã huiꝰ l.si quis asserit in fundo alieno inuenisse venã ferream,vel lapideã,& vult videre & ingredi fundũ inuito dño,an possit?Dic qõ sic,q̃ versatur publica vtilitas. Dic,est in l.ij.j.de metallarijs,quam allegat Romanus in singularibus,in litera,T,no.xxvj.Secus vero si priuata vtilitas tantũ versaretur per istum ter.
b ANG.¶In ter.ibi,studio,† No.verbũ pro statutis dicentibus.si
5 quis studiose percusserit aliquem,in tantum puniatur,quod ille dicatur studiose percutere,qui percutit certo proposito.
¶Vide Fel in cap.preterea,de iud.in quarta fallen.& in cap.ve
* niens,circa fin.de symo.*
Unde si casu esset facta percussio,nõ puniretur pena statuti.Pro
6 hoc est glo.ordinaria.de his qui se defe.l.j.in fi.gl.& vide quod not.
7 Bart.in l.j.§.ff.si quis test.lib.esse iuſ.fue.† in glosſ.ibi,non ergo creditor.Hõ.quod creditor non potest in fundo sibi obligato thesaurum querere,tanquam in suo.Remanet enim pignus semper in bonis debitoris,vt ẽ de pign.act.l.si pignus.Jn eadem ibi,§.si
7 fundum.Non ob.l.eam post.§.in dotem.de iur.dot.† vbi maritus est dominus rei dotalis,q̃ hoc est verum,sed reuocabiliter,quia debet restituere,vt d.§.si fundum,vt ibi no.per glo.By.& Bartol.& dic,vt ibi per Bar.ALEX.¶Statutum vbi addens iuri communi nõ valet.facit quod no,singulariter,Bar.in l.ij.§.si rem.ff.de le.iij.Authoritate illius gl.vbi dicit quod statutum dictans victi victori in expensis condemnari,habebit locum etiam in habente iustam causam litigandi,vt aliquid addat iuri communi,alias nõ valeret statutum,per hic no.Et idem firmauit Bar.in finis consil. & per Bar.& ibi moder.in l.properandum.§.sinautem alterutra.ff. de iud.& per Bart.in l.ij.§.pretor ait.ff.de dam.infe.& not.glo.in ci. de const.li.vj.vbi dicit quod statutum continens ius commune,est ius commune,non statutum.Et idem voluit Bart.in l.ij.in fi.ff.de le.j.& de hoc per Ang.& Jmol.in l.stipulatio.ver.misi.de verb.obli. & per Bar.in l.j.ad l.Falci.& Bal.in l.j.de seru.manumiſ.
c ¶Domini.Sed an semper suum dicat & denotat dominum.vi de Felin.in c.peruenit.el primo,de iureiur.& in ca.j.de spon.quod dixi in dicto ca.peruenit.in apostil.Tu vide omnino Anton.Cor. fingula.suis,in ver.meus,incip.licet verbum meum.dixi post Bull. in l.omnino,nu.j.& in versi.que tunc habebat supra de epiſ. & ic.dixi post istum consi.cxxj.incip.statuto ciuita.Pisane.& vi dixi post Compost.in c.primo.§.v.in versi.suum denotat dominum, extra de postula.prela.
d ANG.¶Utilis.Intelligo gl.secundum Andr.de bar.de directo & vtili.¶Ponitur enim ad differentiam vtilis tantum,quod continetur appella.sui.vt hac glosſ.Sed numquid directum dominium sine vtili contineatur appella.sui.puta prescripsit longo tempore dominium rei mee,ego habeo directum dominium secundum veram opinio.in auth.nisi tricenale.ẽ.de bon.mater.† Tu habes vtile vel dedi rem in feudum,nũquid potero sicut in meo thesaurum quererẽ?Andr.predict.vidit hanc ardtiam,de facto,& videtur
9 quod non contineatur appell.sui,quia desit habere effectum dominij.Et constat quod ille qui habet vtile,potest vendicare.vt ti.§.qui in perpetuum.ff.si ager vect.vel emphy.pe.& ẽ.de prescript. xxx.anno.l.si quis emptionis.ergo ille qui habet directum non potest vendicare,quia duo non habent vendicationem eiusdem rei,dicta l.si quis,ergo non dicitur locus suus,quem non potest vendicare,vt d.§.qui in perpetuum.ar.econtra quod sic,q̃ potest vendicare ab alio possidente,quam ab eo.cui concessit.ff. de super.fil. j.§.quod autem.Sol.si possidente eo,cui concessit ingredi,aut videtur ingredi locum alienum,sed si alio possidente secus,vt o.me patet in dicto §.quod autem.
e ANG.¶In gl.in.versi.legis.† Not.quod violator legis punitur
11 extraor.marie,quia non est certa pena imposita cõtemptoribus, & facit secundum And.de Baru.ad q.de qua cõsuenit dubitari, qua pena afficiatur contemptor mandati regis.Nam mandatum Principis,lex est generalis,si est clausum in corpore iuris,vt auth.de mand.prin.sitte specialis in ea re tantum.pro qua mandatum emanat l.ẽ.de leg.ij.Alij dicunt quod punitur pena capitali,vt j.de vere.numiſ.pot.l.ſi.Sed illa potest intelligi de mandato contempto,in quo continetur certa pena,alias punitur extraordinarie,& alibi lex imponit penam deportationis,vt j.de fun.
* limitro.l.iij.in fi.alibi pena pecuniaria.j.de agen.in rebus.l.fina.*
¶Adde post no.hic ne fallaris quod tale tur.non habet locum in thesauro,in pecunia aurea,vel argentea effossa,quia impropie dicitur thesaurus,de quo in l.peregre.ff.de acqui.possi.& in.l.repe.thesaurus,ad exh.t.omnino per Anto.Aret.in §.thesauros.in fin.Inst. de re diuiſ.quem refert & sequitur Berar.de petrasancta.sing.iiij
* xcv,incip.tenenti,&c.*

De annonis,& tributis. Rubr. XVI.

¶Circa rubricam querit glo.quid appellatur annona,& quid tributum.Dic vt in ea.Que autem differentia sit inter vectigal,& a tributum,[a] not.glosſin l.j.§.j.ff.de publ.& ibi dixi.Que est differentia inter censum & tributum,dic vt ibi.Item querit glo.quotuplex est tributum.Item querit,quale,seu quantum est tributum.dic vt in eadem.

ADDITIO.

a ¶Et tributum.Ad quod vide Feli.in c.ad audientiam.de prescript. vide istum in l.placet,& ibi do.meum Jaſõ.de sacro sanc.eccl.Pone no.in c.quod clericis,ad fi.extra de fori.compet.& in c.j.& secundo, extra de censib.

¶Quid

ALEX. ¶Quid est tributum, per Bald. in l. fin. supra, sine censu vel reliquis, & quod not. Bart. in l. rescripto. §. fin. ff. de muneribus & honoribus.

LEX I.

1 ☞Prestatio annone est realis obligatio.
2 Decimarum obligatio est realis.
3 Dominus, qui locauit fundum suum ad pecuniam, ita quod colonus fructus omnes percipiat pro certo tempore, non tenetur ad tributa, nisi consuetudo aliter se habeat.
4 Feudatarius & emphyteuta an teneatur ad collectas, & nu. 5.
5 Creditor an teneatur ad collectas pro pignore.
7 Collecta quando imponitur persone, pro rebus, inspicitur persona cui imponitur.
8 Collectarum onus subit, qui fructus recipit.

AEs quidem. Onus eris alieni est personale, & ideo inter heredes dividitur pro hereditarijs portionibus. Onus annone & tributorum est reale, prout quis possidet, & fructus percipit oneratur. hoc dicit. Ex summario habes legis rationem.
1 † Nota, quod prestatio annone respicit res, & sic videtur quod sit obligatio realis, & non personalis, quod dic, vt in l. Imperatores, ff. de public. vbi glos. tangit.
a Querit glos. quid si possessor non
2 est soluendo, dic vt in ea. † Vltimo glos. not. ex hac lege mirabiliter, quod si aliquis locauerit fundum suum in pensionem percipiendam in pecunia, ita quod fructus omnes remaneant apud
b colonum, quod dominus ad tributa non tenetur, b nisi consuetudo aliter se haberet, vide glos. super verbo, fructus. & eam perpe-
c tuo tene menti. c ¶Et hoc verum in oneribus realibus. b † In
d collectis c vero, que imponuntur persone pro rebus, est inspicienda persona, cui imponitur. l. rescripto. in fin. ff. de mun. & hono. &
7 e C. eod. Iudictiones, & ibi not. & §. de mu. pa. super rubr. & sic istud diuiditur inter heredes pro hereditarijs portionibus, vt in princ. huius legis.

ADDITIONES.

a ANG. ¶Vbi glo. tangit. Quid de decimis, dicit And. de Baru. quod respiciunt res, quia dicuntur esse tributa egentium personarum. xvj. questio. j. cap. x. & ideo quod in tributis seruatur, & in his teneas.

b ¶Non tenetur. Adde notabiliter dominum Socinum. in consil. cxvij. incipiente, circa hanc questionem, versic. vij. hec conclusio, in secunda parte.

c ALEX. ¶Casus est in l. si sine herede. §. Lucius. ff. de administr. tuto. Adde Bart. in rep. l. placet. §. de sacrosanc. eccles. & in l. priuate. j. de excu. mu. per Bald. in cap. j. per quos fiat inuesti. quod etiam intellige dato quod dominus esset exemptus ratione priuilegij, vel alia causa. secundum Angel. in consil. in cipien. commune cum franchi. est vltima. & ibi voluit quod licet ecclesia non teneatur ad collectas pro suis possessionibus. tamen laicus possidens dictas possessiones etiam ab ecclesia non gaudet dicto priuilegio ecclesie. Contrarium voluit ad literam Bald. in l. j. §. de iure emphyt. vbi voluit quod emphyteuta teneatur soluere collectas, & tributa. quod tamen dicit esse secus in colono priuilegiato. per l. si pendentes. §. si quid. ff. de vsufruct. & in fructuario adde tex. per Bald. in l. hac renus. ff. de vsufruct. qui tex. licet loquatur in tributis, doctores tamen ibi intelligunt etiam in collectis. & bat. & adde vnum consilium Bald. quod est in numero 26. quod incip. an mulier. &c. vbi etiam dicitur quod fructuarius & similes possessores non tenentur ad collectas. & adde quod not. Bartol. & ibi scripsi in l. licitatio. §. fin. ff. de publi.

d ALEX. ¶Quid autem in feudatario, an teneatur soluere ipse
* collectas * vide domin. Alexand. de Imol. in consil. xxv. secunda
* parte. * Vide Bald. in cap. j. per quos fiat inuesti. & vide Andre. de Isern. in titu. que sint regalie. in versic. Hugarie. Quid in emphyteuta colono, vltra hic not. vide Bald. in l. j. de in. emphyteu.
5 † Quid in creditore pignoris, vide Bald. in l. cum notissimum. §. de
6 prescript. xxx. anno. † Quid in emphyteuta ecclesie. vide Bald. in l. priuata. §. de excu. mu. Item ad hoc vide Bar. in l. questum. ff. de
* vsufruct. leg. * ¶In emphyteuta. vide domin. Soci. not. in consil. cxvij. incip. circa hanc questionem, versic. hec conclusio cum versic. sequen. & versic. quinto confirmatur. sed quid de illo. qui habet ad liuellum de vigintiocto annis in vigintinouem annos. qui contractus non differt a contractu emphyteusis. versic. ex quibus omni-
* bus. in fine consilij sui. in secunda parte. *
e ¶In collectis. † Onus collectarum subit, qui fructus recipit. l. si
8 pendentes. §. sed si quid. ff. de vsufruct. Vide And. in l. inter quos. §. damni. de damn. infect. Et adde quod pro hoc dicto videtur casus in l. si sine herede. §. Lucius. ff. de administ. tutor.

LEX II.

Iudictiones. Ad onera realia non tenetur quis in plus, quam de re possideat, hoc dicit. Bloss. hic dicit. quod triplex est genus munerum, quod videbitis plenius in rubr. j. de mu. pa. super rub. ideo hic aliquid non dico.

LEX III

1 ☞Officiales non possunt remittere collectas, tamen propter paupertatem sic.

Omnes pensitare. Omnes debent soluere quod princeps
a imponit, & officiales a non possunt augere, vel diminuere,
1 hoc dicit. † Nota, quod officialis non potest remittere collectas, siue tributa. Circa quod dic, vt l. fin. §. si quis professus. ff. de publ. Vltimo not. glos. que dicit quod officiales propter paupertatem possunt remittere, quam glossam nota bene.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Officiales. Officialis propter paupertatem potest collectam remittere. Idem Bald. in suo tracta. de carceribus. per gloss. istam. hic adde tex. & ibi Bart. in l. interdum. §. si quis professus. ff. de publ. & scripsi in l. Iuliussanni. in princ. de dona. Adde etiam de mulcta per iudicem remittenda propter paupertatem Lilliciatas. §. fin. de offic. prest. & Bartol. in suo tracta. de iud. & quod dixit Bald. in l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut. vbi dixit per hanc glo. & per cap. licet de censibus, quod si statutum dictat appellantem debere soluere gabellam, alias appellatio sit deserta, quod non habeat locum in illo qui appellat, & propter paupertatem non potest soluere, quia dicitur ei remissa gabella ipso iure a statuto, & ita dicit de facto obtinuisse. Sed quid si remissa est multa per officialem, & postea peruenit ad pinguiorem fortunam, an teneatur soluere? Videtur quod sic, per id quod habetur in §. fin. Iustitu. de actio. Contrarium determinat glos. & ibi Bart. in d. Lilliciatas. §. fin. & sequitur Aret. in l. ij. ff. quis & a quo. & adde etiã vnum quod dixit Bald. in l. acceptam. §. de vsur. quod si ex forma statuti, non soluens gabellam ex contractu, contractus eius sit nullus, quod contractus non annullabitur, si non potuit soluere propter paupertatem. Et in materia adde Imol. in c. ex ratione. de appel. vbi dicit quod paupertas excusat a prosecutione appellationis. & hic non currant fatalia, quod sequitur Bald. in d. l. acceptam. in xxiij. quest. contrarium tenet idem in l. fin. supra. de condi. insser. per glos. in l. cum ita. in princ. la ij. de conditio. & demonst. Item adde Bug. in l. non facile, si cui plus quam per l. falcid. vbi remittitur reo cautio de expensis in causa reconuentionis propter paupertatem, ad quam alias tenebatur ex forma statuti.

LEX IIII.

1 ☞Munus ordinarium est, quod a lege imponitur.
2 Fidelis & deuotus dicitur, qui tributa soluit.

Omnes. Omnes coguntur soluere publicas functiones, cum non sit munus extraordinarium, & ab eo nemo excusatur. Ad euidentiã scias quod si alicui concedatur excusatio a muneribus, non porrigitur ad munera ordinaria, sed extraordinaria. hoc premisso casus est planus.
2 † Not. quod munus ordinarium est, quod a lege imponitur. vt hic
2 dum dicit. l. nostra signatum est, &c. † Secundo not. quod ille dicitur fidelis, & deuotus, qui tributa soluit.

LEX. V.

1 ☞Comitatenses qui plus distant, minus grauantur.
2 Vicinalia de illa prouincia, in qua est vbertas, debent ad prouinciam. in qua propter guerram non est abundantia, portari.

Pro locis. Qui plus de fructibus colligit, plus
soluit, qui manus, minus. hoc dicit hec not. lex. Quero quid est hoc dictum. pro locis? Bloss. exponit. id est. pro magnitudine locorum quasi dicit. qui possidet magna predia, plus debet portare quam ille, qui possidet parua. & intellige magnitudinem respectu reditumm, vt l. fin. §. de allu. & ibi Iu. tuncta. l. de cui. & l. cum posse. ff. de censi. Quero dicitur hic pro immunitate, quid est hoc dictum. glos. dicit. quia sunt prope limina, hoc vult dicere, vt illi qui sunt prope limina, qui minus grauantur in expensis trineris, plus grauantur in portando annonam. & illi, qui magis distant a finibus, quia plus grauantur in
1 expensis trineris releuentur, vt minus portent annonam. † quod est not. pro grauaminibus, que tota die inferuntur comitatensibus, vt minus grauentur, qui plus distant, vt sic ab onere trineram relenentur, nunquam tamen quis cogitur exire prouinciam, vt infra eodem. l. nemo.

ADDIT

ADDITIO.

a ANG. ¶ †Allegatur iste text. quod si sit guerra in aliqua pro-
uincia, propter quod sit opressa victualibus, & in alia sit fertilitas,
& abundantia, quod ex illa, in qua est vbertas debent victualia ad
aliam portari. Facit C. de offic. prefec. preto. Afric. l. in nomine do-
mini, ibi, postquam legis auxilium prebeant, & quia tempore ne-
cessitatis omnia debent communicari. ff. ad l. Rhod. de iactu. l. ij. §.
sed & si, & in d. l. in nomine domini.

LEX VI.

IN fraudem. †Rescriptum in quo immunitas
conceditur a muneribus ordi-
narijs, non valet, hoc dicit. De hoc videtur in l. euacua-
tio. infra de decur.

LEX VII.

NEmo. Ad operandum, vel ad portandum non de-
bet quis longius mitti, sed debet ratio itine-
ris haberi. hoc dicit. In text. ibi, ad instruendas. id est, re-
ficiendas, seu de nouo faciendas mansiones, vel castra. In tex. ibi,
conferendas. id est portandas. in tex. ibi, delegentur id est, mittan-
tur. Quero quid est hoc dictum longius, dicit glos. extra prouin-
ciam. quod facit ad id, quod not. in l. item illa. ff. de consti. pecu. vi-
delicet. an creditor. & debitor sint eiusdem fori, vel non, & ibi Bul.
alleg. Iistam. Vel dic longius. quando expensa itineris est maior,
quam sit valor eius pro quo vadit, vt j. l. priori. Illud autem quod
in fin. dicit. habita ratione itineris, expone, vt §. eod. pro locis, & il-
lud quod dicitur hic necessitatis, intellige, quando aliter fieri non
potest, etiam longius mittitur.

LEX VIII.

¶ Expense non debent exuperare principale.

5 Testes non debent citari ad locum iudicij, quando plus expen-
deretur in eundo, quam sit valor cause, sed tunc iudex delegat ex-
aminationem.

6 Recursus ad superiorem non potest haberi. quando plus expen-
deretur in habendo recursum, quam sit valor cause.

MEditerranee. Non est faciendum id. in quo
plus expenditur, quam de
commodo percipitur. hoc dicit. Ad euidentiam scias
quod mediterranee ciuitates dicunt ille que sunt propie in terra
multum distantes a mari. Ciuitates maritime dicuntur ille, que
sunt prope mare. Item scias quod antiquitus erat consuetudo
quod ciuitates mediterranee mittebant annonas ad fortilicias, &
exercitus, qui erant iuxta ciuitates maritimas. Et econtra ciuita-
tes maritime mittebant ad mediterraneas, & sic plus expendebas
tur in portando quam valeret id quod portabatur. ideo princeps
1 prohibet hoc fieri. hoc premisso ita lex est clara. †No. quod dixi in
summario, & facit ad multa. primo quod no imputatur tutori si no
exigit debitum in quo oportebat eum plus expedere, quam idem
2a perciperet. a Vel si non refecit dominum, in qua plus expendisset &
b valeret. b ¶ Et si non fecit inuentarium eo casu, in quo plus ex-
2 penderetur in confectione eius quam esset vtilitas, vt l. tutor qui re-
3 pertorium. in prin. ff. de admi. tu. † Item ex hoc potest dici q; ille
dicant breuiores lites, in quibus debet procedi sine scriptis. & sum
c marie c. ¶ Item iudex no debet facere citari testes ad locu iudicij,
4 quado tm dixerat quod plus expenderetur in adeundo, qua sit valor
cause, arg. huius l. sed tunc iudex debet delegare examinationem,
l. generaliter. §. his de presentibus. §. de iureiur. & de fid. instru. aut.
5 apud eloquentissimum. ¶ Item facit quod si in habendo recur-
sum ad superiorem expenderetur plus, quam sit valor cause, tunc
non dicitur posse haberi recursus. ¶ Et sic repetsalie possunt im-
petrari, quod plene examinaui in tractatu, que feci de repetsaliis.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ †Not. Dic quod si debeo tibi tributum, debeo portare
1 ad domum tuam meis sumptibus. Adde hoc not. in l. pro locis. §.
cod. & Bald. in l. acceptam, in fi. questio. supra de usur. quod not.
Bar. in l. item illa, de consti. pec. & vide. §. l. priori. ¶ Circa hanc l.
vide quod not. Anton. de But. in ca. ij. de dila. vbi ponit de eo qui
equum posuit in hospitio.
5 ALEX. ¶ †Vide omnino. l. sed an vltro. ff. de neg. gest.
b ALEX. ¶ †Vide Aug. in l. si vacantia. de bon. vac.
c ALEX. ¶ Et summarie. Vide Petr. de Suza. in l. sed si fu. scepe-
rit. §. si libertus. ff. de iud. & spec. in tit. de fur. versi. sed quid si nauta,
& de lib. concep. §. r. versi. iij. in auth. nisi breuiores. §. de sen. ex breui.
rec. id est, quando plus expenditur in scripturis, quam sit valor
cause. ¶ Not. & intellige hoc verum si ponatur, quia si postea non
concederetur. iusta esset appellationis causa. c. cum causam. ca. j. &
ita ibi firmat. do. Pet. de rest. facit. l. cum post. §. & tamen, de appel.
& c. ante. versic. ij. quest. vj. c. constitutus. de fideiuss. c. statutum. §. fin.
de rescri. in vj. idem firmat domi. Pet. in c. finem litibus. vbi bonus
text. de dolo & contu. facit c. vt litigantes, de offic. ord. in vj.

LEX IX.

2 ¶ Possessor intra sex menses potest moram purgare.
3 Non percipiens fructus in defectu possessoris tenetur ad tributa.

2a BIsistere. Legitur tribus modis. a Secundum
primam lec. h. d. Si vriliter dominus
intra tempus hic statutum non soluerit tributa, dominio
priuatur, & ad habentem directum dominium reuertitur. h. d. Se-
cundum aliam lect. h. d. Si exactores intra tempora hic statuta non
soluunt fisco domini repetunt ab eisdem. h. d. Ista lect. non placet.
Nam text. hic loquitur de his qui recipiunt emolumenta de predijs
exactores nō recipiunt a predijs principaliter, sed a possessoribus,
qui postea soluentes sunt securi. l. ij. §. de apo. pu. & sic nihil habent
facere cum exactoribus sed fiscus habet ab ipso exactore recepta
erigere, vt §. tit. iij. l. pe. Secundum tertiam lect. h. d. Si emphyteu-
ta, vel similes, intra tempora hic statuta nō soluunt fisco, a domino
1 exigetur. h. d. ¶ †Quero que est verior lec. gl. videtur tenere istam
lect. dum dicit, vel verius. Vel comunge vltimam cum prima hoc
modo, Emphyteuta, & similibus non soluentibus exigitur a dño. & a
dño poterit emphyteuta suo iure priuare. Hec lect. approbatur in
simili, in l. hoc amplius. §. fin. de damn. infec. & ff. de noual. si noral.
b hec glos. vltima videtur eam tangere. b ¶ †Not. et lege ista quod
2 possessor potest purgare moram intra sex menses. Contra istud opp.
gl. §. de ero. mi. ann. l. v. Sol. hic quo ad priuatū. ibi quo ad fiscū. vel
dic quod alio casu loquitur ibi. ¶ Opp. §. tit. iij. l. fi. Sol. vt ibi dicā.
3 † Secundo not. quod etiā ille qui fructus non percipit, cōpellitur
ad solutionem tributorum. contra. §. cod. l. j. Sol. non compellitur
secundū regulam ordinatā, sed cōdictione ex lege ista in defectum
c possessoris, qui percipit fructus, & non soluit, tene menti hanc leg.

ADDITIONES.

a ANG. ¶ Premitto ad euidentiam huius legis quod not. glosam
l. ij. in verbo. prestiterit. §. de in. emphyt. Dividitur in duas partes.
Et primo ponit dictum in genere. Secundo declarat in specie.
Secunda ibi, vnde vt quisquam.
b ANG. ¶ Sed numquid sua authoritate poterit hoc facere glos.
in l. ij. §. de in. emphy. dicit quod sic, tamen melius faceret si per iu-
dicem fieri faciat, quia alias esset periculosum. patet. quia emphy.
habet ius in re, & possidet, licet in colono simplici possit, quia non
habet ius in re. ff. loc. l. non solet. hoc etiam quidam moderni tam-
* gunt, vt tangit. Cyn. in d. l. iij. in q. ij. * Facere. Vide tu late & no. per
do. Soc. in consi. clxvij. incip. non inutilis, sed necessaria. versi. cons
firmantur premissa, & versi. circa primam plures. cum versi. sequen.
vbi etiā quibus actionibus, & remedijs breuioribus, & magis sum-
marijs possit per dominam expelli ibi. in ver. circa tertiam q. prin.
cum ver. seq. & an requiratur libellus solēnis, aut qualiscunq; pe-
titio, ibi. in versi. via autē breuiter. Et an & quando pro eius expul-
sione impetrādo officium iudicis requiratur citatio & coram quo,
ibi. in ver. ij. an in tali impetratione cum ver. seq.
c ANG. ¶ † In glos. in verbo, dignitatem. Et per hoc not. quod
4 ecclesia tenetur ad tributa, quod concedit Pet. etiam de iure ffi.
per l. placet. §. de sacrosanc. eccles. & l. sacrosancte, vbi ponitur special
priuilegium illius ecclesie, ergo in contrarium est ius commune.
5 De hoc per Cyn. in d. l. placet. in q. i. ¶ Quantum tempus debeat
esse cessatum a solutione tributorum, vt bona possint vendi. glos.
Cyn. & Bald. in l. j. §. si propter publi. pensi.

LEX X.

1 IUdices. Iudicibus negligentibus totum sala-
rium aufertur, hoc dicit. † Not. hic con
tra iudicem negligentem. Et sic videtur casus de illa q.
quam Joan. de Lignano ponit in l. quid autē. de excu. tut. & l. Penul.
ff. de ann. leg. & l. qui negotiationem. §. j. & §. pe. ff. de admi. tut. vide
licet. quod iudici delinquenti non debeatur salarium, quod intelli
ge quando istud delictum negligēte respicit vniformiter, & con
cernit totum tempus officij, alias pro eo tempore quo negligens
non fuit, sibi salarium debetur. l. si fundus. ff. loca. dicit in d. Pe-
nul. §. j. Et dic hoc speciale propter magnum periculum quod ver
titur in negligendo exigi tributa, quia publice necessitates expe-
diri non possunt, in l. obsistere. §. eo. & in authen. vt iudi. sine quo
quo sustra. §. oportet.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Judices. Adde Bar. in l. Penul. in prin. de annon.
& in l. diem functo. de offic. Assessorum.

LEX XI.

1 DE via. Compositio facta cum subditis de
tributis, est seruanda. Item Theso
lonicensis ecclesia habet immunitatem, dum tamen ex
traneī ecclesie ipsius preterea a prestatione non fugiant, localis
lex est. Ad euidentiā scias quod erant quedam prouincie in Eccle
sia que debebant soluere tributa secundum quantitatē reditum
qui

qui percipiebantur ex predijs, propter q̄ mittebantur officiales ad inuestigādū reditus, ex quo illi possessores multū granabant, vñ venerunt ad compositionem cū prefecto illarum prouinciarū q̄ solueret medīū aureum pro quolibet capite, z hoc fecerūt Macedones, z habet hoc eis seruari. Alie prouincie que se non compo
a suerunt, exigantur ad similitudinem Macedo. quedam alie cōpo
a suerunt se pro tertio aureo, z eis ēt seruanda. [a] Cetera sunt clara.
4 ¶ No. q̄ dixi in summario, quod iste cōpositiones pro tributis
b sunt seruande. [b] Ex hac no. ar. cōtra clericos, z scholares, vel alios habentes immunitates a gabellis, qui pretextu eorū alios excusant. [c] Quero que medietas est ista que soluebatur, dixi ponendo
c casum, medietas aurei, ista est opi. vera. Alij dicūt medietas eius q̄ ante soluebat, q̄ non placet, q: ita erat necessaria inspectio possessionum, z fructuum pro medietate, sicut pro toto. Deuentū est ergo ad medietatem aurei, respectu capitū, non respectu fructuū, vel alio quocunq; modo, dummodo quo ad fructus non habeatur respectus.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Seruāda. † Ex hoc colligo arg. cū sit estimatio ppter
1 collectas, est credendū assertioni cuiusq;, nec ppterea est mitten
2 dus qui eorū facultates estimet, ar. ff. de bo. va. l. fi. † No., ppter pau
* pertatē debentis * soluere tributa posse fieri cū eo compositionē,
3 facit in auth. vt iud. sine quo suffr. §. eos, z hoc no. gl. C. de l. iij. † Et sic facit pro tutore z curatore vt possint se cōponere cū debitoribus pupillorū pauperib. vt minus soluant, non obstāte q̄ debitū sit liquidū, z hoc mō limitatur l. pactū curatoris, C. de pac. que dr tutorē vel curatorē pupilli non posse debitū pupilli gratis remittere, q: intelligo vbi debitor est soluendo. sed vbi pauper est, pōt se cōponere pro parte, z facere remissionē de toto, ar. huius legis. faciet tū debitor in instrumēto quietationis appom. z miseri cām, quare pro parte recepta tutor vel curator cum liberauerit atoro, alias non valeret, vt no. in l. j. ff. de apo. pu. z ibi posui.

* ¶ Propter paupertatē. Adde qualis paupertas requiratur ad hoc, vt procedat q̄ dicitur, gl. in l. omnes. §. eo. quam ad hoc alleg. Bal. in auth. defuncto. §. ad Tertu. refert. z sequitur Berar. de pe trasancta, sing. suo lxxiij. in c. pauperes. *

b ANG. ¶ In ter. ibi, experte. No. q̄ pōt fieri cōpositio de functio
5 nibus, z alijs tributis †, z sic facit pro presbyteris parochiarū, vt possint cōponere cum suis parochianis super solutione decima
6 rum. In ter. ibi, inspector accedat. No. † quod dicitur quis grauari, si vadit aliquis ad inspiciendum fructus sue possessionis, z sic facit quod si imploratur bonorum meorum descriptio sine causa, quod iuder non debet hoc facere, quia ex hac descriptione ego grauor, z hic est casus, pro quo in l. j. §. fi omnes. de vent. inspic. Si vero fieret cum causa, tunc est facienda, vt §. dixi. §. de iure fisc. l. fa
7 cultas. † In text. ibi, in perpetuum, not. quod cum sit compositio pro annuis prestationib⁹, vel tributis certo modo soluēdis, quod intelligitur facta in perpetuum, si simpliciter facta est, z sic pres
8 byteri † parochiarum se componentes cum parochianis super prestatione decimarum, quousque erunt presbyteri non poterunt vltra modum compositum decimas petere.

c ANG. ¶ Et sic no. quod pretextu liciti non debet fieri illicitum,
9 vt l. qui sub pretextu. §. de sacrosanc. eccles. quod facit contra clericos qui habent priuilegium, vt morantes in studio habeant fructus prebendarum, z percipiant, quod si non intrant scholas non
* debeant habere, vt not. in d. l. qui sub pretextu. * Adde Corset. singul. in verb. gabella. j.

De indictionibus. Rubr. XVII.

¶ Super rubrica ista querit gloss. quid est indictio. dic vt in ea. z er ea fit commemoratio indictionis, que fit hodie in instrumentis. Item ponit gloss. qualiter fit commemoratio annorum domini per diuersas sectas, quod dic vt in ea.

LEX I.

OMnes. Indictio, munus ordinarū est, z ideo ab hac indictione non excusantur, qui a muneribus excusationem habent, hoc dicit. Ed cui
dentiam scias quod ego dixi ibi in l. omnes. §. ti. j. Hoc
1 premisso tex. est clarus. † Nota, quod priuilegium immunitatis non porrigitur ad munus ordinarium, sed extraordinarium.
2 ¶ Item no. quod per l. potest fieri ordinarium quod primo erat extraordinarium. facit quod per statutum possit fieri vt collecta
3 sit munus ordinarium. ¶ † Item quod sit munus reale, licet de iure imponuntur persone pro rebus, vt not. in Lindictiones. §. tit. j, z l. rescripto. ff. de mu. z ho. dicam j. de mu. pa. in rub.

ADDITIO.

a ANG. ¶ Nota in litera huius legis casum, in quo exigitur scri
4 ptura, z sic est argumentum † quod si Archid. mittit literas clericis, quod soluant collectam, non tenentur soluere, nisi litere in indictione episcopi fuerint confirmate, z vide quod posui in l. j. §. de apochis publi.

LEX II.

18 vt statim dicam. ¶Demo ad tertiũ, scilicet, ad munus q̃ non habet honores, nec dignitates annexas. Exẽplũ, q̃ non reputatur honor nec vtilitas, vt in legato, z esse susceptor pecunie, z si z ab istis non excusatur aliquis propter dignitatem, arg. ff. de excusa. tutor. l. propter magistratum. ¶Item nec propter infamiã, vt l. j. ff. de infam. ¶Item nec propter minorem etatẽ, nisi in administratione versaretur periculũ, vt supra proxime dixi. An autem possit cõcedi mulieribus, hic videtur text. q̃ sic, quando dicit, munera in cõtrarium videtur l. iij. ff. corpora alia. ff. eo. Breuiter dic q̃ text. iste solenniter loquitur, dicit enim de muneribus
19 quorum sexus capax est. † Puto autẽ mulieres esse capaces omnis officij per q̃ earum pudicitia non ledatur, verbi gratia, sicut potest prepoti in ciuitate vnus medicus qui iudicet de vulneribus, vt dicam j. de ponde. auri. l. j. ita posset prepoti vna mulier, z plures que haberent iudicare vtrũ mulieres essent pregnãtes, vel virgines, vel non, vt ff. de ven. inspi. l. j. Item sicut potest prepoti aliquis qui denũciet maleficia, vt in auth. de leno. ita possit preponi mulier vt denũciet maleficia aliarum mulierum que in notitiam masculorum non possunt peruenire, q̃ aliquãdo icũt de his plusq̃ masculi, z de similibus, per que earũ pudicitia nõ ledatur. Ab istis autẽ muneribus multi habẽt excusationem, z vacationem, quidã a lege, quidam ex priuilegio, quod videte per vos.
20 ¶† Item quero vtrũ quis possit cogi ad duplex officiũ. Dic vt
21 s. quemad. ciui. mu. indi. l. j. z alias plenius dicã. ¶† Itẽ quero vtrum ille cui iniungitur tale officium possit se pecunia redimere.
22 Dic vt l. istud. s. de exc. mu. ¶Demo ad fin principale membrũ scilicet, de munere patrimoniali. Et hic aduerte, q̃ proprie dicitur munus patrimoniale, vbi vertitur sumptus, vt l. munerũ. ff. patrimoniorũ. ff. eo. z istud diuiditur tripliciter. Quandoq̃ sumptus imponitur psone tantũ nulla habita cõtemplatione patrimonij, vt q̃ imponitur prestatio p capita. Quandoq̃ imponitur habita contẽplatione patrimonij, vt q̃ imponitur per solidum, z libram. Mq̃ imponitur rebus, nulla habita contẽplatione per-
23 sone. † Circa primum q̃ imponitur per capita, de hoc habetis. ff. censi. l. etatẽ. z s. de ann. z tribu. l. j. z ibi in rub. z ab isto non excusantur aliqui, nec propter sexũ, nec propter etatẽ, nisi aliter se habeat consuetudo prouincie, vt d. l. etatẽ. ff. de censi. Et ista prestationem solũ debent facere rustici, non autẽ ciues de iure communi vt j. de cap. ci. cẽsi. ex. l. j. lib. xj. Et ista prestatio per capita debet imponi, p salarijs rectorũ ciuitatis pro parte, vt d. l. j. s. de anno. z trib. z istud onus debet q̃s subire in loco, in quo est ciuis, z incola prout statim dicã in seq. mẽbro. Demo ad fin, z dico q̃ quandoq̃ imponitur persone pro rebus habita contẽplatione patrimonij. Et ista i vulgari appellat collecta, vt dicit gl. in l. resci ipt.
24 s. fi. ff. eo. ¶† Quero hic primo quis possit collectam imponere.
e Rñ aut imponitur propter necessitatem ciuitatis, z possunt ipsi ciues imponere, vt not. in l. j. s. penultimo. ff. q̃ cuiusq̃ vniuersitatis. z probatur supra de ope. pu. l. omnes. z supra de immu. ne. cõced. l. fi. Aut imponitur ob publicam vtilitatẽ, z non potest imponi sine expressa licẽtia principis, vt supra de excus. mune. l. placet. z supra de superindicto. l. j. Unde si quedã ciuitas vellet imponere collectã vt dõaret pncipi, nõ posset de iure, sed de facto sic. Predicta vera sunt in ciuitate, que recognoscit superiorẽ, sed si essent ciuitates libere, z nõ recognoscentes superiorẽ, possent impone-
f re quomodo sibi placeret. † Sz quero cui possit imponi hec collecta. Respondetur, ciuibus, z incolis tantũ, vt dicta l. rescripto ff. eodẽ in fine. z ideo si forensis possideret in territorio vnius ciuitatis nõ posset sibi imponi collecta, q̃ cũ imponatur persone, licet pro rebus z persona non est subdita, nõ potest sibi collecta impo
g ni, s vt d. l. rescripto. in fi. z l. libertus. j. sola. ff. ad mune. ¶Fallit in vsurario. ¶Itẽ fallit in ciuitate que de hoc habet priuilegiũ, vt dicta l. munerum. j. patrimoniorum. ff. de mune. z honorib.
h ¶Item fallit in ciuitatibus que hoc habẽt ex cõsuetudine, deus cõtrarij nõ extat memoria, que habet vim priuilegij, vt l. hoc iure. j. ductus aque. ff. de aqua quotidia. z estiua. ¶Itẽ fallit in ciuitatibus que fecerũt sua predia tributaria propter collectã, sed tũc debet imponi rebus, nõ personis, z ideo cadit in sequenti
25 mem. 20. ¶† Itẽ quero, qualiter imponatur ista collecta. Et gl. in l. j. supra, de apoc. public. dicit q̃s imponitur magnis, z paruis per solidum, z libraꝫ, vt qui plus habet, plus soluat. Et q̃ ibi dixi fallit si imponatur pro salario rectoris, vt s. proximo mẽbro dixi.
30 Fallit etiam in casu quem statim dicã. ¶† Quero ergo vtrum istud munus diuidatur in sordidum, z nõ sordidum. Guliel. dicit quod sic, vt puta si imponeret collecta pro redimendo aliquo munere sordido, diceretur munus sordidũ, alias secus. Certe licet de iure cõmuni munus non possit redimi pecunia, vt l. illud. s. de excus. mune. cum simil. tamen si hoc cõtingeret fieri authoritate sua
perioꝛ fateoꝛ dictum Sul. z tunc ad istam collectam soluendam non tenerentur hi qui non tenebantur ad munera sordida, alias alter pro altero grauaretur, cõtra. l. j. j. vt nullus ex vicar. pro ali. debi. ꝛc. z si tunc non imponeretur collecta per solidum, z libram.
31 ¶† Item quero pro imponenda collecta que res estimabuntur? Respõdeo, omnia mobilia, z immobilia, vt ff. de censi. l. forma. z s. de immu. ne. cõced. l. fi. ¶Sed quero qualiter fiat ista estimatio? Dic, vt l. susceptores. j. de suscept. z arca. ¶Sed quero a qua parte incipiet habere effectũ talis estimatio? Dic, vt in l. j. s. de apo.
32 pu. ¶† Item quero, vtrũ collecta possit imponi clericis, z eccle-
i sie. Respond, ex predictis apparet q̃s non, cum debeat imponi persone subdite, z ecclesie, z clerici nõ sunt nobis subditi. ergo ꝛc. hodie declaratum est per auth. Item nullalcommunitas. s. de sacrosan. eccles. ¶† Item quero, aliquis est hic ciuis, z alibi habet
33 possessiones, vtrum pro possessionibus alibi positis cogat hic solui collectas? Glo. hic dicit q̃s non, q̃ fm hoc alibi solueretur tributum, z hic collecta, q̃s esse non debet. Et secundum hoc loquitur quod si esset res pro qua non solueretur tributum, vel collecta alibi, q̃s hic cogi possit ad soluendum. Et ita intelligunt quidam ista gl. que si simpliciter loqueretur damnant eam. Sed ego puto q̃s gl. verum dicit. Nam pro possessionibus tributarijs non
k debet solui collecta alibi, vt l. priuate. de excusatio. munerum. m
34 ¶† Aut imponitur a ciuitate, z nõ potest exẽdi collecta pro rebus, que sunt extra territoriũ, arguntur. ff. de iurisd. omn. iudic. l. fi. z de bon. auth. iudi. pos. l. cum vnus. j. pen. z si. quod est notandum. Tamen in ciuitatibus Italie cum quilibet ciuitas habeat consuetudinẽ imponendi collectas etiã forensibus possidentibus in territorio, non est dubium q̃s pro rebus alibi positis quam in ciuitate originis, vel domicilij, non debeat soluere, alias forte posset compelli, etiã pro his, que habet extra territoriũ, argument. l.
l fi. ff. de decre. ab ordi. fac. ¶† Item quero quis excusetur ab isto
35 munere. Respõdeo, nullus regulariter, vt hic, z s. patrimoniorũ, z l. prima s. quemadmod. mu. ciui. in princip. de mu. patri. l. ij. Fallit in doctoribus actu legẽtibus, vt l. medicos. z ibi not. de profess. z medi. ¶Itẽ fallit in officialibus secundũ distinctionẽ quam
36 posui. s. de immuni. ne. conced. l. fi. ¶† Item querit glo. pro fun-
m do dotali quis soluet collectam. Dicit gl. z bene, quod maritus, m per l. hactenus. ff. de vsufruc. z pbatur. ff. de impẽsis in rebus dotalibus. neque. Et q̃ vir percipit fructus. ideo ꝛc. vt l. prima, supra de
37 ann. z tribut. ¶† Demo ad tertiũ scilicet ad munera mere patri-
n monialia, que ipsis rebus indicuntur. n Ista sunt triplicia. Quandoque inducũtur ipsi rei de eo q̃s faciendum est in ipsa re seu de ipsa re. vt q̃s nauis, vel seruus, vel equus vadat in seruitiũ reipublice. hoc enim fit de ipsa re. ¶Item q̃s milites hospitentur in domo. hoc enim fit in re ipsa. Quandoq̃ ista munera sunt de eo quod percipitur ex re vt q̃s detur tertia pars fructuum, vt l. modos. supra de suscepto. z arca. Quandoq̃ imponitur ipsi rei de eo q̃s non fit ex ipsa re nec in re, nec de eo q̃s percipitur in re, nec ex re, sed est omnino extra rem, vt quandoq̃ debet prestare certã pensionem pecunie annuatim, quãdoq̃ pecunia ex re ipsa nõ percipitur. De primo, z secundo patet exẽplũ. ff. de munerib. honor. l. fi. j. patrimoniorũ. z s. seq. z de primo. vete. l. penul. De tertio est exẽplum in l. hactenus. ff. de vsufruct. z s. de impone. lucra. deser. l. prima. z in omnibus legibus facientibus mẽtionẽ de tributo, seu vectigali, q̃s soluitur in pecunia. z differt istud tertium a munere quod imponitur persone pro rebus. Nã ibi est obligata persona z per consequens omnes res patrimonij, vt l. aufertur. j. fiscus. ff. de iure fisci. z nota. supra pen. fiscal. cred. prefer. Lprima. hic vero quelibet res tenetur pro munere, q̃s eam rem respicit, z nõ vltra.
38 vt ff. de public. z vect. ga. l. Imperatores. ¶† Item quero, quicumcusentur ab istis muneribus. Respon. nemo cuiuscunq̃ priuilegij, vel dignitatis existat, etiã si sit' ecclesia, vt supra de excusat. tribut. l. fina. z de sacrosanct. eccle. l. placet. z l. iubemus nulla autez. z infra. ocnani, nõ excus. l. ij. z de epis. z cleri. l. de his. mis quatenꝰ l. vel priuilegio sit expressum specialiter, vt supra de epis. z cleric.
39 l. prima. ¶† Demo modo ad tertiũ principale scilicet ad munera mista. z cum s. viderimus de simplici, facile cognoscemus cõpositum. Sunt enim qui habẽt onus persone pro sumptu, vt dicta l. munerum. j. mista. ff. eo. Sed, hic est aduertẽduz, Dixi em s. quid

ergo

personalibus quidã excusantur, a patrimonialibus nullus. quid ergo fiet: vtrũ propter id, qõ sapit naturam personalium excusetur a toto, an vero propter id, qõ sapit naturam patrimonialis vel realis excusetur a nihilo? Et breuiter ꝛ cõtingat qõ quis non possit grauari ad personalia propter delictũ siue propter aliã immunitatẽ, semper fiet separatio, q̃ quatenus hoc respicit psonã non grauabitur, quatenus autẽ respicit sumptũ seu patrimoniũ grauabit, vt l. relegatorum. §. fi. ꝛ l. sequen. ff. de interdi. ꝛ relega. ꝛ hic est casus l. maximarũ. supra de excu. mu. Nam ibi ponuntur quedam munera sordida, que respiciũt sumptũ ꝛ laborem persone, ꝛ sic sunt mixta, a quibus excusantur solũ patrimonia quorũdam, qui sunt in maxima dignitate, aliorũ autẽ patrimonia non excusantur, licet sint in dignitatibus minoribꝰ. Dz cõstat q̃ ois persona, que in dignitate est, put persona respicit, excusẽt a muneribus sordidis, vt l. humiliorib. ff. de suscep. ꝛ arca. Ergo apparet qõ alĩ existẽtes in dignitate nõ grauãtur ipsi, sed eorum patrimonia. ¶ Itẽ quero, cũ in iure sepe fiat mentio de muneribꝰ ordinarijs. ꝛ extraordinarijs, ꝛ que sint ista. Et Bul. dicit in d. l. neminem, qõ ordinaria sunt, que habent certã, ꝛ determinatam prestationẽ. Extraordinaria sunt, que quandoq; p accidens indicũtur, vt l. Scio. §. medico. ff. de ann. lega. ꝛ l. sed ꝛ si per pretorẽ. §. si ferie. ff. ex quib. cau. ma. Sed l. j. §. de vac. pub. mu. videtur velle dicere qõ sunt extraordinaria munera, que imponũtur a lege, vel senatusconsulto, vel cõstitutionibꝰ principũ. Certe illa concor. cum dicto Bulel. q̃ quando imponũtur a lege, vel cõsuetudine perpetua, vel cõstitutione, tũc de necessitate habent certã, ꝛ ordinatam prestationẽ. Sed ea, que imponũtur quãdoq; per accidẽs non possunt habere perpetuã, ꝛ ordinariam prestationem, ꝛ hoc modo forte debet intelligi l. j. §. de superindi. q̃ indictiones per singula lustra ante illã legẽ non imponebãtur perpetuo, sed forte ad beneplacitũ pncipis. Si enim vere hoc fuisset, sine dubio fuissent ordinarie prestationes. sed q̃ non erãt, ideo fuit necesse redigi in aliã cõstitutionem. ¶ Itẽ quero pedagiũ, seu gabella que solui & trãseuntibꝰ. vtrũ sit onus reale vel personale. Et respondeo qõ est reale, vt l. fi. de priui. vete. ꝛ no. in l. fin. de cano. largit. Sed tunc quero vitra, cũ dicimus clericos teneri ad onera realia quare ab eis nõ possunt exigi iste gabelle, vt in c. clericis. extra de immunita. ecclesia. lib. vj. Respon. qõ dixi ista munera patrimonialia exigi a clericis, intelligas quãdo patrimoniũ iuit ad clericos cum onere, sed si ad eos iuisset res libera, nõ possent grauari sed iste gabelle, ꝛ pedagia indicũtur rebus liberis clericorũ, ideo quia trãseunt per totũ territorium, hoc autem non potest fieri, ergo, ꝛc. ¶ Sunt ꝛ alie distinctiones munerũ, q̃ quedam publica, quedam priuata, ꝛ ista nõ prosequor, quia nõ pertinent ad nostram materiam. ¶ Ité quedã dicuntur angaria, ꝛ quedam perangaria, quia sub predictis continentur, ꝛ habemus rubricam specialem infra de cursu pub. l. angaria, ꝛ perangaria. lib. xij. ¶ Ultimo scias quod omnia ista dicuntur munera ciuilia, vt l. munerum. §. hec autẽ omnia. ff. de mune. ꝛ hon. Hic nõ sunt alia.

ADDITIONES.

a Viri. Adde Feli. in c. dilectus filius. de rescrip. ꝛ in cõsilio xij.

b Competunt mulieribus. Adde istum in l. j. §. de dig. lib. xij. ꝛ Panormi. in c. dilecti filij. nu. ij. ꝛ quod ibi posui addi. ad ipsum, in versi. in muliere. extra de arbit.

c ALEX. Limita per Barto. in l. j. de anno corozario. Quid in scholarib. studẽtibus in ppijs domibus? Dic idẽ secũdum bar. in l. j. qui etate se excusant. ꝛ l. medicos. ꝛ q̃ not. ff. de. ꝑfes. ꝛ medic. in versic. item quero aliquis. Adde bal. in l. ij. §. fine censu vel reli. ꝛ Bald. in l. placet. §. de sacrosanct. eccle. vbi dicit an possint colligi imponi fozensibus pro rebus quas tenẽt in ciuitate collectante. Determinat qõ non de quo per eundẽ in. l. rescripto. §. fi. ff. de muneribꝰ. ꝛ hono. vide Bar. in l. fozma. §. illam. de censi. Et an fozensis possit cõueniri in loco vbi habet suas possessiões, ꝛ terras.

b Scholaribus. Tu vide de hoc Jac. Reb. in l. nec ipsi, no. j. §. de inco. ꝛ vbi quis dom. habe. vide atur.

c Imponere. Vide Feli. in c. cum dilecta. de rescript. versi. singuli. Adde istum in l. vna, nu. ij. ꝛ quod ibi posui in apost. ad ipsum in versic. collectas. §. de superindi.

f ALEX. Nota per bar. in l. prima. qõ cuiusque vni. no. ꝛ aliqd in l. quarta. §. acto. ꝛ ibi scripsi. ff. de re iudicata. ꝛ in l. placet. §. de sacrosanctis ecclẽ. Et an dominus possit imponere vassallo per bal. in l. penulti. §. de bon. q̃ liber. ¶ Quid si ciuitas debet mittere mille homines in exercitũ, an sit onus impositũ psonis, an̄ vero rebus. Vide Bald. in letiam. in fine. §. de exec. rei iudi. Item vsurario fozẽsi imponẽt collecta. Bal. in l. etiã. §. de exec. rei iudi.

g Itẽ collecte dicuntur ille que nõ habẽt certam fozmã. sed variãtur secundum voluntatem superioris, vt not. Bald. in l. fin. §. fine censu vel reliquis. ¶ Item collecta imponitur per solidum ꝛ libram. ¶ Libram. Adde Jan. in c. grauẽ. de sent. excommu. ꝛ vide d. Alex. in d. §. acto. alle. in fine. pro ut ipse se remittit. vsi. q̃ris

h successiue Bart. cũ concoz. nonnullis ibidem per eum signatis. Vide gl. in l. sanctimus. la. j in ver. perequatio. §. de aduo. diuer.

i Imponi. Adde domi. Alexã. de Imo. in consi. lxviij. ij. parte.

k Ex cõsuetudine. Vide domi. Alex. de Imo. consulentẽ cõtra Bar. in cons. suo ccx. incip. viso. ita etiã refert. ꝛ sequitur do. Jas. Way. in l. de quibus. de legi. Et dic qõ immo videtur sufficere cõsuetudo antiqua si ponderes Bart. in l. j. de aur. coro. lib. x. que consuetudo est decem annorum, secundum Pan. in c. ij. de cõsue.

l Clericis, ꝛ ecclesie. Adde qõ posui in apo. ad istum in l. placet. nu. xiij. in versi. pro rebus ecclesie. §. de sacrosanc. eccle. in ij. lect.

m ALEX. Vide Joã. And. in c. j. de immu. eccle. lib. vj. ꝛ ibi Domi. de san. Semi. ꝛ doct. in Cle. j. §. sane. de iure patro. ꝛ Joã. Cald. in consi. x. quod ponit in tit. de consti. ꝛ incipit, factũ super quo consilium petitur, tale presupponitur. Alex. Sed si alibi non soluere tur tributum, tunc dicit Bul. Aut imponitur collecta ab eo. qui habet iurisdictionẽ vniformem in omni loco, vt a principe, ꝛ tũc deberet soluere quis pro rebus, quas habet vbique. Cõsuetudo Italie se habet qõ a fozensibus possidentibus in territorio soluatur collecta. adde Bal. in l. etiam. supra de execu. rei iudica.

n ALEX. Hoc firmat Joã. And. in c. j. de immuni. eccl. lib. vj. ꝛ ibi domi. ꝛ doct. in d. cle. j. ꝛ vide l. fi. §. patrimoniorũ. ꝛ l. rescripto. §. fi. ꝛ ibi gl. ꝛ Bar. ff. de mune. ꝛ hono. ꝛ habẽt in auth. item nulla communitas. §. de epis. ꝛ cleri. ꝛ in ca. j. de immuni. eccle. in vj. ꝛ ibi Jo. ꝛ plene Bald. in l. iij. ꝛ Salice. §. sine censu vel reliquis. ꝛ Angel. in l. iij. §. acto. ꝛ ibi etiam domi. Alexand. ff. de re iudi.

o Maritus. Adde domi. Soci. in consil. cxvij. incip. circa hanc q. versic. nono hoc idem.

p ALEX. Vide in rub. §. de ann. ꝛ ibi vide bar. ꝛ Adde bar. in l. rescripto. §. fi. de muneribꝰ. ꝛ hono. ꝛ per gl. in rub. §. de mu. patri.

q Bul. in d. l. neminem. Adde eundem Bul. de Lug. in l. placet. nu. vij. ꝛ quod ibi posui in apost. ad ipsum in versi. ab ordinario. §. de sacrosanc. eccle. diri post Jaco. Rebuf. §. in rub. de mu. patr. nu. ij. isto tit. ꝛ in rub. de iudi. nu. isto etiam lib.

r ALEX. Et que dicantur munera ordinaria, ꝛ que extraordinaria. adde Bal. in l. fi. versi. adde tamẽ. §. sine censu vel reli. ꝛ bar. in l. hi qui. ff. de iur. immu. Jmo, in l. si ex toto. in pnũ. de leg. j.

s ALEX. Clerici non tenẽtur soluere pedagiũ, seu gabellas. Vide per Bald. in l. placet. ꝛ in l. ad instructiones. ꝛ in l. pen. §. de sacr. sanc. eccle.

* Gabellas. Adde Ang. in cons. incip. punctus questionis talis est. ꝛ Jo. de pot. Vicẽ. in §. omnipotẽtis dei postulato suffragio, in primo sciendum. ꝛ Fede. de Sen. consi. x. ꝛ Esdre. c. vij. ver. vobis quoque totum.

t ALEX. Vide Bar. ꝛ que ibi scripsi in l. j. in fi. princ. ff. de pub. ꝛ dictum domi. Ant. in c. si diligenti. de rescrip. in fi. vbi tenet clericos a collecta esse exemptos, prout reperiuntur exempti de iure. ꝛ Jmo. in c. fi. de rescrip. in repe.

u Quedã angaria, ꝛ quedã perangaria. Tu vide de hoc Reb. in ru. §. de ann. ꝛ trib. nu. vij. isto li. Bul. de Lug. in l. neminẽ, nu. xij. ꝛ ibi posui in apost. ad ipsum, in ver. quid dicit angariarũ munus. §. de sa. sam. ecc. ꝛ gl. in c. j. in tit. que sint regalie. in vsibus feud.

x ALEX. Vide l. neminẽ. de sacros. eccl. ꝛ ibi plene declarat Ly. ꝛ gl. in c. non minus. de immun. ecclesie. ꝛ per Ros. in libellis suis.

De legationibus. Rub. LXIII.

LEX II.

1 Heredes officialium quatenus teneantur.

Cum vos. Pone hic casum in terminis. Titius ꝛ ego sumꝰ creati syndici in cã fisci, vel Principis, ad defendendã quãdam cãm Principis ꝛ accepimus pecuniam pro sumptibus litis ego tui, ꝛ cãm defendi, ꝛ Titius non venit, q̃ mortuus est. Ego volo repetere ab heredibus illius Titi illam pecuniã, quam ipse habuit a Repub. queritur an possim? Et rñdetur q̃ si ille acceperit pecuniã ob proprios sumptus, nõ possum repetere ego, sed Respublica. Aut ille accepit pecuniã propter sumptus. hoc est. vt solueret advocatos, ꝛ tũc cuz ego, qui sum ad defendẽdum cãm sim ad hoc obligatus, potero illam pecuniam repetere. Item potero collegã meum in eo, in quo deliquit, propter onus sibi impositum accusare coram preside, q̃ intellige si ille collega meus viueret. h. h. Et nota q̃ licet vnus ex officialibus, vel ambasiatoribꝰ decedat, vel alias officium non impleat, q̃ salarium decedentis, vel alias non implentis, non accrescit ei, qui solus implet, quod no.

ADDITIO.

a ANG. Hoc puto verũ si duo essent deputati ad idẽ officium, secus si ad diuersa, vt vno decedẽte, alter gereret vtrũq; officium. ꝛ de mandato superioris, q̃ tunc cum officia sint distincta. ꝛ distincta habeant salaria, iste dicitur sufferre vicẽ duorũ, ꝛ ideo duplex salariũ habere poterit. arg. §. de aduo. diuer. iud. l. binos. Ité facit hec lex, qõ si ambasiator decedit in itinere, salarium pro rata

temporis quo nō seruiuit, per heredes debet reipublice restitui.
3 ¶ Et sic facit contra heredes assessorum, qui in officio decesserunt, quod teneantur restituere pro rata temporis si totum assessoris receperat salarium, vel si non receperat quod heredes non debēt habere, nisi pro eo tempore quo defunctus seruiuit. De quo
4 per Hoc, in l. diem functo. de offi. assess. ¶ Item nota quod ū vnus ambasiator in itinere decedat, alter solus potest officium ambasiate explere, z id quod faciet, tenebit, z ratum erit, ac si esset factum per ambos. Vide ff. eo. in l. legatis.

LEX III.

TRansmarina. Legatio transmarina tribuit vacationem biennij, secus si prope, quia tunc talis legatio non tribuit vacationem. h. o. Sed op. ſ. de mune. z hon. l. ij. Solu. Illa determinatur per istam. Vel aliter, Legatio a remotis tribuit vacationem ab omnibus ciuilibus muneribus, vt hic, legatio vero de propinquo tribuit vacationem a munere legationis per biennium, non a muneribus ciuilibus.

LEX IIII.

1 ☞ Recipiens dignitatem ad postulationem z procurationem, non habet immunitatem a muneribus, secus si a libertate.
2 Pactū an fieri possit ne immunitas a lege cōcessa locum habeat.
3 Immunitas concessa officio quando durat, etiam officio finito.

VNiuersi. Omnes qui dignitates suffragio receperunt, non habent vacationem a muneribus propter dignitatem, sed si legatus fuerit, ha
a bet propter legationem. h. o. Ista est singularis lex, z ideo no.ª Sed opp. videtur q̄ isti, z similes excusantur, vt ff. de va. mu. l. legato. ſ. comites. z l. eos. ſ. de excu. mu. Huius timore hec lec. huius legis variatur. Nā contraria loquuntur in eo qui recipit dignita-
1 tem ex mera liberalitate. †Hic vero in eo, q̄ recepit ad postulationem z procurationē, arg. ff. q̄ quisque, iur. l. ij. in prin. ¶ Et no. hāc lect. z facit ſ. de peti. bono. sub. l. j. z quod ibi not. z de ex-
b cus. tut. l. tria onera. ibi dum dicit, non affectate.ᵇ † Alij dicunt, q̄
2 in contrarijs recepit dignitatem simpliciter hoc suffragio, id est, pacto, ne immunitatem haberet, quod est tenendum menti, quod ex pacto fieri potest, ne immunitas a lege concessa locum habeat. ¶ In contrarium facit quod dicimus de clericis. qui nō possunt renunciare priuilegio clericatus, vt extra de foro compet. c. si diligenti. licet de iure ciuili videatur secus, vt ſ. de pact. si quis in cōscribendo. Tertio modo legitur, quod cōtrarialoquuntur in his que recipiunt dignitatem sine salario, hic vero in his, que recipiunt suffragio, id est, cum salario, z contemplatione salarij magis, quam officij, z etiam hanc lec. tene menti, quia singularis est.
3 Alij dicunt quod hic finitum erat officium, in contrario autem durabat. Sed hec lectu. non vera, vt ſ. de excu. mu. l. maximarū. in fin. z l. eam legem. Vel, dic conuingendo hanc legem cum legibus precedentibus, quia quandoque quis consequitur officiū absq̄ dignitate. z tunc durante officio habet immunitatem, vt ſ. de excu. mu. l. j. z quod ibi not. Aut cum dignitate, z tunc aut illa dignitas obuenit absque procuratione, z absque pacto, z non prerepta salarij, z habebit immunitatem durante dignitate, z postea, vt d. l. maximarum. in fi. z l. eam legem. Aut obuenit cum aliquo ex predictis, z habebit immunitatem durante officio, non postea, vt hac lege. quam not. quia lex ista est singularis.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Adde Bar. in l. si seruus. ſ. si vero. de fur. in q. illa de damnis datis ambasiatoribus, vt nō restaretur si ambasiata fuit procurata. z p Bar. in l. inter causas, ſ. non oia. ff. mandati. Facit cap. ij. de tēpor. ordin. in vj. z in l. qui cōtra de incest. nu. vbi ignorantia procurata nō excusat. z Bart. in l. j. in prin. si quis test. liber esse iuſ. fue. facit Bul. dictum in l. cōtra. ff. de legi. qui dicit, q̄ ciuis sciens pensionē secretam q̄ minus valere debeat, vendidit carius, q̄ illa malitia eū nō excusat Vide Joā. And. z Imo. i ca. significasti. de pigno. z Spe. in tit. de iudi. in versi. illud autē. vbi dicit, quod si nūcius missus a domino captata tamē opera, z non requisitus in itinere fuit captus, nō tenetur dominus eum redimere. Vide Inn. in c. sicut. el. ij. de iureiurādo. de illo qui in bello amisit equos vt non teneat dōs eos restaurare, si ipse affectauit.
b ALEX. ¶ Adde etiam ad hoc optimum tex. in l. v. ſ. si. ff. si quis cau. z l. quidam. ff. ex quibus causis maio. Adde etiā q̄ omnis ille. qui est in officio vili. z parui valoris presumitur affectus. Tex. est in l. spadonem. ſ. si. de excus. tut. in nor. xxxj. in litera M. Adde quod habetis in l. vroni. ſ. si. de fal. z l. ex sententia. z q̄ ibi Bart. ff. de test. tut. z per Dom. in cap. ij. vt lit. pendente. in vj. z q̄ dixi ſ. in magna apostila. adde tex. z ibi Ange. in aut. vt iudi. sine quo quo suffra. in princip. z contra officiales procurantes habere officium. presumitur habere animum male se gerendi, vt dicit Bar. in l. si. de murilegulis.

LEX V.

SI quod. In his que publicam vtilitatem respiciunt, nō valet reformatio facta a prouincialibus, etiā consentiente preside, nisi per prefectum, vel principē fuerit approbata. h. o. ¶ Et ad euidentiā premitte q̄ quādo preses vel aliquis superior proponit aliquod dubiū in suo cōcilio, z petit sup hoc si. bi sanū consiliū exhiberi, vnde est idē dicere, pponere z consiliū postulare. Hoc pmisso pone casum sic. Preses prouincie cōuocauit plamentū in puincia, z in eo proponit, z cōsiliū petit sup aliquo euenienti, q̄ respiciebat vtilitatem publicā, super quo fuit consultū vt ad principē mitteretur legatio, seu ad eius curiā, vel fuit aliter reformatū. ¶ Querit an hoc sufficit p presidē approbari. Respōdet Imperator q̄ nō. h. o. Clera
1 sunt plana. ¶ † Et no. hic modū faciēdi, ppositū in concilio, si ue plamento. Petit enim proponēs sanū, z vtile cōsiliū exhiberi. Et hoc verū, quādo propositum fit super aliquo dubio. Sed quādo fieret sup certo, secus, vt l. ij. ſ. de exc. mu. Verbi gratia, finitū est officiū vnius officialis, cōgregatur cōcilium, vt eligat sequēs officialis, tūc q̄ certū est electionē debere fieri non cōpetit consi-
2 lium super hoc, sed petit vt eligāt homines de cōsilio. ¶ † Secūdo. no. q̄ presides prouinciarū coadunāt concilū, seu parlamentum vniuersale prouincie, q̄ intellige nō q̄ omnes de puincia debēt ad illud ire, q̄ hoc esset durū, sed de omnibus ciuitatibᵇ deputātur aliqui ambasiatores, vel syndici qui ciuitatē repesentēt z isti dicūtur assistere presidi. z hoc sentit gl. posita super ꝓbo. in
3 ter omnes. ¶ † Tertio no. q̄ preses solus nō potest referre principi. q̄ intelligit gl. in his que respiciunt publicā vtilitatem, alias
4 secᵒ, per tit. ſ. de rela. ¶ Quarto not. q̄ statutū[a] seu cōstitutio facta a pside, seu parlamēto, vel cōcilio prouincie nō valet, nisi ap-
a probetur per superiorē. Sed cōtra hoc opp. q̄ quilibet populus potest sibi facere statutū, vt ff. de iusti. z iur. omnes populi. Solut. dicit Bul. q̄ illud est verū in his, que puatā vtilitatē respiciūt In his vero que respiciūt publicā vtilitatē principaliter, nō possunt, vt hic. ¶ Sed ego dico aliter in l. omnes populi. Nā qdam est populus liber qui habet omnē iurisdictionē, z tunc potest facere legē, z statutū pro ut sibi placet. vt d. l. omnes populi. z iusti. de iur. natu. gen. z ciu. ſ. omnes populi. vbi ponitur exēplū in populo Romano. Quidā sunt populi, qui nō habēt iurisdictionem de iure communi, vt ciuitates, que non habent merum imperiū. Item prouincia tota, que licet habeat merum imperium, vt l. illicitas. ſ. qui vniuersas. ff. de offic. presid. tamen a pside appellatur ad superiorem, z tūc eorū statuta non valent, nisi confirmentᵉ a superioribus, vt hic. Et ita fit in istis ciuitatibus marchie, z ducatus, nā non admittunᵏ eorum statuta, nisi approbata per superiorem vt dixi in d. l. oēs populi. Sic etiā statutū, q̄ fieret in aliquo
5 castro, non admitteretur, nisi p commune approbaretᶠ. ¶ † Item not. q̄ presides prouinciarum non possunt facere cōstitutiones, tamen isti presides, qui mittuntur ab ecclesia, aliud seruāt, vel ex consuetudine, vel ex speciali cōcessione. De quo dixi in d. l. oēs po-
6 puli. vbi hanc l. allegaui. ¶ † Item no. q̄ concilium seu parlamentum debet conuocari in loco publico. De quo dixi in l. ij. ſ. de decur. z videas que ibi dixi. Ista omnia perpetuo tene menti.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Statutum factum ab antianis, an requirat confirmationem superioris, an possit reuocari sine eius consensu, seq̄. superioris. De hoc vide Bar. tenentē q̄ sic, in l. omnes populi. z l. omnium. de testi. vbi tamen Bald. contra. vbi in l. omnes populi, distinguit. ex quo apparet responsio ad contraria Bal. cum opi. Bart. tranſit Sal. Fulg. z do. Bau. de ca. in l. omnium. z Pet. de anch. in c. canonum statuta. in ver. sed hic incidenter quero. vtrū in reuocatione. z do. Abb. in c. dilecto. de preb. vbi ponderat ibi esse casum pro Bar. q̄ limitat, nisi superior apposuisset clausulam, si quid contra fiat q̄ non valeat per illum tex. per Ange. in d. l. omniū. z Bal. in l. ex placito. C. de rerum permu. z p Bal Ange. z Imo. in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. z pupil. z in l. omnium. vide de. meum.

LEX VI.

QVoties. Non debet legatio mitti ad principē
1 nisi de volūtate cōcilij, z authoritate superioris. h. o. ¶ † No. hic q̄ priores soli huius ciuitatis non possunt legatū mittere ad principem sine magno cōcilio
2 ciuitatis. ¶ † Secūdo not. q̄ quando vocantur ad concilium oēs, sufficit q̄ sint in concilio illi qui sunt in ciuitate. nec sunt expectādi illi, qui sunt absentes, vt hic dū dicit, intra vrbem. ¶ † Ité no.

quod

quod non sunt expectandi infirmi, vel aliter impediti, vt sint in cõcilio. ¶ Item not. qõ ambasiatores debent portare literas sue ambasiate, ad qõ facit quod dixi supra de decur. l. si quis decurio.

De excusationibus artificum. Rubr. LXIIII.

LEX I.

ARtifices. Artifices hic expresse habẽt immunitatem a personalibus muneribus, tam discipuli, quam magistri. h.d. ¶ No. 1 hoc bene † quia quod dictũ est de discipulis dictum esse intelligitur, vt omnes dicantur artifices, quod facit ad ea que dixi in l. legatis seruis. ff. ornatricibus. de leg. iij.

De potioribus ad munera non vocandis. Rub. LXV.

LEX VNICA.

IPse. Justa causa est appellãdi, si alter prius debeat nominari. h.d. Pone casum, vt ff. quemad. ad ciui. mu. l. penul. & fi. Alias pone, rector debet esse de natione Romana, & si eligitur de natione Tuscorum, certe licite appellatur.

Si propter inimicitias creatio facta fuerit. Rub. LXVI.

LEX VNICA.

SI propter. Creatio facta de aliquo propter inimicitias, facit aliquem si vult, posse appellare. h.d. ¶ † Not. quod eo 2 ipso q̃ quis est electus ab inimico suo, presumitur electus propter inimicitiam, vt dicitur in teste, qui tulit testimonium contra inimicum, quod eo ipso intelligatur tulisse testimonium propter inimicitiam, vt l. ob carmen. ff. de testa.

De sumptuum recuperatione. Rub. LXVII.

LEX VNICA.

1 AMeribus. † Electus, qui habet excusationem recuperat sumptus quos fecit in lite ab eo qui eum nominauerit. h.d.
2 Not. quod dixi in summario. Ex quo habes † quando electus appellat, eligens seu nominans debet citari, quia eius interest, vt vides hic, nam condemnatur in expensis. Facit ff. de adop. l. nam ita diuus.

ADDITIO.

¶ Allegatur hic, quod iuramentum calumnie excusat ab expẽsis, sed nihil Bart. dicit hic, sed in l. j. ff. ad Turpil. & ibi scripsi.

Si post creationem quis decesserit. Rub. LXVIII.

LEX VNICA.

IAnte. Onus subeundi munera non transit ad heredem mortuo patre. h.d.

De tabulariis scribis. &c. Rub. LXIX.

¶ Nota quod nomina que ponuntur hic in rub. exponuntur in gl. & ponuntur alia nomina. Dic vt in ca.

LEX I.

1 ✠ Notarius, quando inuitus potest rogari de instrumentis.

NOtarij. Notarij, qui ad aliquam militiam vel aliud officium transeunt, remouentur, & reuocantur ad curiam intra quinquennium, non postea. h.d.

ADDITIO.

1 ANG. ¶ Sumo arg. ex ista lege q̃ † tabellio inuitus potest rogari de instrumentis, si tamen ante quinquennium tempore quo officium exercere cepit, rogetur, secus autem si postea.

ALEX. ¶ Adde Aug. hic, & Ro. in no. ij. in litera, H. Adde q̃ notarius non cogitur propter multitudinem contractuum conficere instrumentum. Dicit Bar. in l. j. ff. far. aduersus nautas. & Joan. Andr. in addit. Specul. in rubr. de fide instrumen. & Bal. in rub. C. co. tit. & in l. qui test. in fi. de test. & Rom. in l. j. sol. matri. Item non cogitur notarius, quando est effectus decurio, aduocatus, vel clericus in l. vniuersas. & ibi post Bart. C. de decu. Adde tamen q̃ si potest cogi notarius, & recusat, potest officio p. ma. ri. Bald. in l. prouidendum. C. de posthum.

LEX II.

QUicunque. Si decurio notariatus officium assumpserit, priuilegium decurionatus amittit.

ADDITIO.

1 † No. ex hac lege, q̃ licet decurio nõ debeat tabellionatus officium exercere, vt l. vniuersos. de decur. tamẽ si exercet, instrumenta per se facta nõ sunt irrita. q̃ facit ad q. de qua m. c. j. ne cleri. vel mona.

LEX III.

1 ✠ Notarius qualiter se gerere debeat in officio, & qui tabelliones esse possint.

GEnerali. Seruus non potest esse tabellio, & si dominus eius sciuerit tale officiũ assumere, parti ad interesse tenebitur, seruus vero fustigabitur. a ¶ † Not. hic quod notarius debet esse liber homo. ¶ Secundo not. † quod si notarius patiatur se rogari de aliquo instrumento, & sciat se habere aliquam qualitatem, vel defectum, propter quem instrumenta ab eo nõ valeant, quod ipse tenetur parti ad interesse, quod est not. ¶ † Item no. q̃ ignorans non punitur. Sed modo opponitur, quia notarius dicitur seruus publicus, vt l. non quasi. ff. rem pupil. sal. fo. † Sol. Et liber homo, tamen dicitur seruus publicus, b quia publice omnibus seruit, & ex eius stipulat. omnib. queritur dicit glo. q̃ est not. nec distinguit inter stipulationes pretorias, vel cõsentionales, vel iudiciales. Sed quidã cõtra per ca. quanquã. de vsur. in vj. de
9 quo diximus plene in d. l. nõ quasi. Sz quero † vtrũ libertus possit esse
10 tabellio. Dic vt in gl. notatur. ¶ † Itẽ quero vtrum decuriones possint esse tabelliones. Bl. dicit qs non, nec etiam aduocati. Tu dic q̃ nõ debẽt esse, sed si assumant illud officium, possunt, & valẽt ea que faciunt. Et simile dicũt Cano. de clericis. vt extra ne cleri.
11 vel mona. cap. clericis. & dic vt ibi. ¶ Itẽ quero † vtrũ notarij debeant scire iura. & dicit gl. q̃ sic. qs intellige qs non requiratur qs sint doctores vel legiste, sed q̃ sciant bene officium notariatus, vt sciant summam. & Flore. & alios libros eorum. & si hoc ignorẽt imputetur eorũ imperitie. tamen quantũ leserunt partem tenentur parti, vt ff. de magi. cõue. l. fi. & extra de reg. iur. c. imperitia li. vj. & ibi
c per Dy. c ¶ † Sed quero quid debeant continere instrumẽta. gl.
12 enumerat omnia, quam vide & signa. sed in hoc est multũ aduertẽdum que sit ciuitatis consuetudo. d ¶ Itẽ querit gl. vtrum † no-
13 tarius possit conficere instrumẽtum per alium. e Dicit gl. q̃ non, nisi in ciuitate Cõstantinopolitana, vt in auth. de tabel. in princ. q̃ intellige nisi sit notarius mortuus vel aliter infirmatus, & ita impeditus q̃ scribere nõ possit. qz tũc poterit per alium, vt extra de fide instru. c. cũ P. tabellio. facit ff. de offi. eius cui mãda. est in-
14 risdi. l. j. i princ. Sed nũquid † aliquis iudex vel aduocatus teneat accipere consilium, & consulere super aliqua questione. Vide gl. & ter. ff. de priuil. fac. scri. in l. sacris. la j. sed numquid tabellio cogat a principio registrare instrumentum, & postea publicare. Et videt ter. hic facere q̃ sic. arg. qz dicitur seruus publicus. Et de hoc vide arg. quod colligitur C. de defen. ciui. l. iubemus.

ADDITIONES.

a ANG. ¶ No. ex ista l. qs̃ phibitus esse tabellio, Iz sit in quasi
2 possessione officij tabellionatus, & conficiat instrumẽta, nõ tamẽ propter istam quasi possessionem validabit instrumẽta per ipsi facta secus tñ esset, si quis in quasi possessione tabellionatus cõficeret instrumẽta, nec esset tabellio, vt notat Guliel. in l. Barbarius. de offic. pretoris. † Et ideo sit cautus, aduocatus, dũ contra
3 instrumenta opponitur q̃ ille, qui scripsit instrumentũ non erat notarius, nec in possessione quasi tabellionatus officij, vt faciat articulari q̃ tẽpore dicti instrumenti confecti qs ille qui scripsit erat tabellio, & in quasi possessione tabellionat officij, & p tabellione habebat, & reputabatur ab omnibus qui cognoscebãt eũ, & qs erat liber homo, & talis conditionis qs non prohibebatur esse tabellio, alias non sufficeret hoc solũ articulare, q̃ erat in quasi possessione tabellionatus off. cij, ex quo quasi possessio non sufficit in his, que sunt prohibitiua, per hanc legem. † Non obst at d. l. Barbarius, vbi sufficit rõne publice vtilitatis quẽ fuisse in quasi possessione, esto qs prohiberetur, qz ibi erat in quasi possessione ex dispositione populi, qui eũ liberum facere poterat. & fecisset si sciuisset, vt dixi ff. in l. j. si seruus vel liber, ad decurio. officiũ aspirauerit. Et vide q̃ dixi in auth. de tabel. post princ. & vide Inno. in c. veniens. de ver. signi. in vj. & in capi. primo de fide instru. Sed
4 † quis probabit quem nõ esse notarium, an opponẽs, an aduersarius? Azo in summa de fide instr. tenet q̃ opponẽs debet probare maxime qũ iurisdictionem produceus est bone cõditionis, bone fame, nec est ꝙsuetus circa talia versari malitiose. Pro hac parte

consuluit Francisc.Tig.Spec,verò tenuit contra.in titu,de instru.edi,§.restat.versic.sed quid si producitur.per Lyn.in l.comparationes.C.de fide instru.per Jmo,extra de fide instru.in c.j.in auth.de tabellio.circa prin.ponit hec Ang.

b ALEX. Adde Bal.in l.ex hoc iure.§.itaque.de vulg.& pupil.& quamuis nesciat dicere quid importat clausula instrumẽti, non tamen per hoc suspectũ redditur.contrariũ tñ voluit Bald. post Alber.de Ros.in l.si.§.si.ff.ad Velleia,& in l.ij.C.de here,vbi dicit instrumentum cassarum,qz notarius nesciuit dicere quid esset Velleianum, de cuius renunciatione apparet in instrumẽto.

c ALEX. Hoc idem voluit Bar.in l.quidam.§.nihil.ff.de eden. Bal.in l.ij.§.eo.tit.subscrip. tamen vel signũ non potest alteri cõmittere vt §.nos autem.in authen.de tabel.vide Bar.idem qꝫ hic tenentem in l.j.ad fin.de offi.proconsul.& leg.Bald.in l.si quis.§. fin.de eden.& per dom.late in d.§.nihil.debet tamen non committens instrumentum alteri scribendum se subscribere.& facere mẽtionem de impedimento, secundum Ang.in d.§.nihil.qui alleg. tex.cum gl.in auth.de fide instru.§.in his in verbo,ministrãtium, & Bart.in l.diuus.§.senatus.ff.de falc. & Bald.in l.j.§. ne autem. de cadu.tollen.per Joan.And.de instru.edi.§.instrumentum ergo.in versi.item opp.Cum quo trãsit do. Ant.in c.inter dilectos. de fid.instrn.& Jmo.in.c.cum ℣. tabellio.eod.tit.& per dom.Lardi.in c.fin.de offi.deleg.& Ang.in auth.de tabel.in prin.

LEX IIII.

Boethos, Hic ponit nomina quorundam officialium.qui debent illi officio obedire,& sunt obligati ipsi,& filij eorum, nec debent ad alia officia transire,hoc dicit.† No.ibi tex.honore alicuius priuilegij,&c. quod notariatus officium non est dignitas nec honor, de qua dixi supra si seruus aut liber ad decu,aspira.l.ij.vbi de hoc.

De susceptoribus,præpositis,& arcariis. Rub. LXX.

Continua hanc Rubr.vt in gl.quam vide quid sit susceptor.& in quo differt iste titulus a tit,§. de exac.trib.§ .eo,lib,& ibi vide.

LEX I.

1 Liberatio quando contingat sola oblatione.

a **Susceptores,** Susceptores debent a soluente sine mora recipere,alias puniuntur ipsi, & iudices, qui eos punire neglexerint.h.d. Vnde,qz primo prohibet susceptores sine mora recipere. Secundo prouidet volenti soluere. Tertio punit susceptorem negligentem recipere. Quarto punit iudicem negligentem condemnare.Secũda ibi,nam si. Tertia ibi,& qui. Quarta ibi,quod autem. † Not. hic quod si per debentem soluere non starer, qꝫ liberatur a pena etiam que imponitur a l.qz res nõ incidit in commissum. Item potest petere apocham de soluto ac si solui̇sset.

2 † Sed contra hoc oppo.sola oblatione nõ contingit liberatio, vt l.qui decem,in prin.ff.de sol.ergo nõ potest petere apochã solutionis.Sed intellige qõ pecunia oblata erat perdita,& sic contingebat liberatio,vt d.l.qui decem secundum gl.Vel dic qõ obtulerat,deposuerat,& consignauerat.vt l.obsignatione.§.de solu.

3 † Ex quo no. quod sicut ille, qui soluit, potest petere apochã de soluto,vt l.j.§.de apo.pub.& l.plures.§.de fid. instru.ara ille qui non soluit,sed obtulit eo casu,quo per oblationem contingit liberatio,& secuta admissione,vel obsignatione facta potest petere apocham de soluto, qꝫ Lyn.tangit in d.l.obsignatione quod not. quia forte non probatur hoc per aliam l.melius quam per istam.

ADDITIO.

a ALEX. Adde Bar.in l.acceptam.de vsur.in ij.q.& Bart.in l. iij.ff.de condi.inst',& quod Bal.in l.j.§.ne lice.ter.prouo.vbi dicit quod vbi non est dies.vel hora, sufficit quod quis sit paratus soluere.licet nõ offerat. Secus si est apposita dies vel hora propria, vt nunc ad talem horam l.ratio.§.fi.de act.empt.& etiam facit qꝫ si creditor differat recipere,sufficit verbalis oblatio.l.si residuum ff.de distra.pig.& l.fundum.ff.de rescin.vendi.alias requireretur realis oblatio.l.si rem.§.omnis.de pig.act.& vide Bal. in l.j.& in l.acceptam.in v.q.& in l.si ex placito.de rer.permu.vbi an in contractibus innominatis sufficiat pro implemento contractus sola oblatio,vide docto.in l.prætor.§. si quis paratus. ff.de ope.no. nun. Adde quod dixit Bartol.in materia oblationis,in l.qui decem.ff.de solu.in fin.sola oblatio facit,si quis tenetur de casu, nũc tenebitur de omni culpa,& istud dictum est domini mei Aret.in l. quod te.ff.si cert.pet.in iij.q.per text.adducitur,in l.si arbiter.ff. de solut.secundum vnum intellectum. Adde Angel.vt exact. instan.doris.in §.illo quoque.

LEX II.

1 Bona administratoris fisci licite non emuntur,

Tarta, Ad nominatores susceptorũ in subsidium deuenitur,nec licet ab eis emere. hoc dicit.

1 † Not.quod non licet emere de bonis administratoris fisci,sed contra ã.rem alien.gerent.l.j. Solu. Ibi administratore priuati hic republice. Facit j.de eroga. mi. an.l. opinatoribus.lib.xij.

LEX III.

1 Officiali antiquo fienda est solutio,non nouo, si antiquus totum soluit de suo,

Susceptores, † Ei debet solui.qui est officialis tempore solutionis,non ei, qui fuit tempore, quo fieri debuit solutio.h.d. Not. hanc l.quia his diebus habui de facto, quam intelligo nisi officialis antiquus,qui non exigit totum, soluit de suo, nam tunc sibi deberet fieri solutio,vt l.missi opinatores.ã.de exac.trib.

LEX IIII.

1 Refirmari in officio non debet quis, nisi fuerit primo syndicatus,

a Dantes pecuniam mercatori ad diuidendam partem lucri,non possunt petere rationem a mercatoribus,nisi in fine anni.

Neminem, Non debet quis in officio confirmari,nisi primi officij rationem reddiderit. Itez ratio singulis annis debet reddi. Iii officiales nõ debẽt esse perpetui, sed annales aut ad plures biennales.h.d. † Not.hic ex principio legis quod non debet quis refirmari in officio, a nisi fuerit primo syndicatus. Item not.ex
a versi.integro.pro illis qui dant pecuniam mercatoribus ad diuidendam partem lucri liciti,& damni secundum l.j.§.pro soc.quod solum in fin.anni possunt petere rationem a mercatoribus,& non ante,quod tene menti.

ADDITIONES.

a Nõ debet quis refirmari in officio. Adde istũ in l.j.ã.vt omnes tam ciui,& in l.rescripto.ff.de mn.& ho.quid autẽ si fuit refirmatus,an debeat bis syndicari,vide eundem in l.& ideo.ff.de ver.ob. & Alex.in l.dses.ff.de dam.infec.

b Vide etiam per Bal.ã.pro soc.in rub.& limita sing.per Sali. in l.aduersus.& l.rationes.ã.de admit.tut.

LEX V.

1 Consuetudo intelligit verbum solidus,de minuto.

2 Septuaginta duo solidi faciunt libram auri.
Aurei veneti,& Florentini habent octauã partem vncie,& sic octo faciunt vnciam,& xcvj.faciunt libram.

Quotiescunq; † Ista lex est brevis & clara.Ex qua no.qꝫ cum dicto solidũ,iz non exprimatur auri intelligatur de solido aureo,qõ est verum,quando profertur a iure,sed fm consuetudinez in partibus istis intelligitur de solido minuto,hoc est monete mi
2 nute. † Secũdo no.qõ lxxij.solidi faciunt libram auri,a & si bene
a computes,quilibet aureus habet sextam partem vncie,hodie vero aurei Veneti,& Florentini quilibet habet octauam p rẽ vn
b cie,& sic octo faciunt vnciam.& xcvj.faciunt libram auri.b

ADDITIONES.

a Auri. Vide ad hoc Fel.in c.frequenter.de offi.iud.ord.cum nõ nullis remissi.& quod ibi dixi in apost.

b ALEX. Vide Bar.§.in rub.de vete.numisma.pote.& que dixi post Bar.in l.§Paulus de solu. Alex.Bl.in l.quicunq;.de fer. fugi.& in §.si quis quinq; solidos.in x.colla.de pa.tenẽ.& in l.si.ff. de in ius voc.& in rub.§.de vete.numisma.po.& in §.si.inst.de pene.liti. Sed qñ lex vel statutum facit mentionem de solidis,vel aureis.de quibus debeat intelligi,an de illis,de quibus fit mẽtion l.si.ff.de in ius voc.vide Bal.in l.si.in prin.ã.cõmunia de leg.& ibi gl.& in l.quicunq;.in vlt.gl.ã.de ser.fu.& in l.illud.de sa.sanc.eccle. Bal.& Jo.and.in addi.Spec.de instru.edi.§.porro.in fi.per gl.& doct.in c.statuimus.in fi.extra,de maledic,& Pe.de anch.in cle.si beneficiorum.& ibi gl.de deci.

LEX VII.

Jn minime Hec lex facit contra eos,qui tenent pecuniam cõmunis,& cum ea faciunt mercantias. Facit j.de his qui ex public.ratio.l.j.& t.

LEX

LEX VIII.

1 ☞Pactum a maiori parte fideicommissariorum tenet.
2 Judicatum a maiori parte arbitratorum tenet.

a **Exactores.** [a]Hic ponitur ordo qualiter debet eligi susceptor, vel exactor. facit ff. de iure fisci. l. super creandis. & ibi no. & ff. de ca. lar. tit. l. preceptt. §. illud etiam. & ibi dixi. ADDITIONES.

a ANG. ¶Not. ex ista l. ibi, omnium quod licet tex. dicat omnium,
* tamen glos. subaudit ꝙ sufficit cōsensus maioris partis, *per l. ꝙ
1 maior. ff. ad mu. ¶Et hec faciunt ad q. plures sunt electi fideicommissarij in testamento. & sunt apposita ista verba, ꝙ illud ꝙ fuerit per omnes actum, obtineat plenam roboris firmitatem certe, eo modo valebit. si fuerit factum per maiorem partem sicut per om-
2 nes. Item facit ad q. ¶Compromissum fuit ad plures vt illud ꝙ iudicatum fuerit per ipsos, valeat & debeat obseruari. Certe quod fuerit iudicatum per maiorem partem obseruari debet.
* ¶Partis. Adde omnino Ant. Cor. sing. suis in versi. vniuersitas. incip. ꝙ fit a maiori parte. & illud sing. & alias remissiones alle gaui in addi. ad istum in l. quicunq; nu. iij. in versi. consensu omnium. ff. de omni agr. deser. *

LEX IX.

3 ☞Qui promisit dare mille aureos, tenetur dare ad pondus statutum per commune.

Modios. Primo precepit modios vel mēsuras esse in vnaquaq; ciuitate ereos vel lapideos, ad quos in dubio recurrit. ¶Secōo ponit cōmittentes fraudes in mēsuris. ¶Tertio ponit quantū nomine tributorum mēsura debet solui. Secūda ibi, ita vt Tertia ibi, & submotis.

1 ¶†Not. principaliter de mensuris ereis, & lapideis que obser-
2 uantur per vniuersitates. ¶†Item not. penam falsificantium pondera, & mensuras, de quo dixi plene in l. arbitrio. §. de eo. ff. de do. & vide que ibi dixi que sunt notanda. ADDITIO.

3 ANGEL. ¶†Hic est casus, ꝙ ille, qui promisit dare mille aureos, teneat dare ad pōdus statutū p cōmune ciuitatis, nō obstante ꝙ diuersorū ponderum currant florēni in ipsa ciuitate, sinautem certum pondus, vel certa mensura non esset in communi, sed essent diuersa pondera, & diuerse mensure, tunc recurrimus ad consuetudinem regionis, sinautem de consuetudine non appareat, vel diuerse consuetudines non apparent, tunc ꝙ est minimū sequimur, vt l. semper. in obscuris. ff. de reg. iur.

LEX X.

1 **Susceptores.** Ista lex est clara. Ex qua no. †ꝙ qñ fit estimū, debet requiri defensor ciuitatis cuius territoria estimātur, & sic sufficiet requiri syndicū ville, nec est necesse ꝙ singuli de villa requi-
2 rantur, & hoc quādo fit estimatio vniuersalis, sed †quando ex alia qua causa estimatur predium vnius vel mēsuratur, ille debet requiri, cuius predium estimatur, vt l. ij. & iij. §. finium regun. Item istud estimū debet assignari p̄fidi, vt l. j. in pn. §. de apo. publicis.

LEX XI.

Securitates. Ista l. est foztis, & modice vtilitatis, & tria dicit. ¶Primo securitates facte a susceptoribus de vino, qñ fit, ratio, debet eis imputari pro interitu, quantum cōtinetur in illa apocha, seu securitate de recepto. ¶Secōo ibi, & accepta, dicit glo. ꝙ ratio acceptorum, & discussio rationis debet fieri in apertum, qō no. in multis enim ciuitatibus redditur ratio in cōs. ¶Tertio ibi, & omnes dicit qō securitates que proferūtur, debent approbari, & acceptari ab officialibus. q. d. nō potest opponere exceptionē non nu. pec. §. de non nu. pe. l. in contractibus. §. j. & l. fi. §. de apo. pub.

LEX XII.

3 ☞Notarius condēnatus de falso an possit instrumēta cōficere.

a **Valiquid.** Non potest quis exercere officium,
1 in ꝙ semel deliquit. [a]h. d. †Ho. hāc legem, ex qua colligitur ꝙ notarius semel condemnatus
b de falso non potest de cetero notariatus officium exercere. [b]Fa-
a cit ff. de edē. l. si quis ex argētarijs. §. j. & ibi gl. alle. l. istā. ¶†Sed quero, quid si notarius est cōdēnatus de falso alias cōmisso, quā in officio notariatus, an poterit exercere officiū notariat⁹? Dic
c vt dixi de ista q. & aliꝭ i l. ij. ff. ad l. Jul. repetū. & ibi plene de hoc. [c]

ADDITIONES.

a ¶Deliquit. Adde Fel. in c. ex literis. de' consti.
b Exercere. Vide ad hoc Feli. in c. fraternitatis. post pin. in versi. extra gl. de hered. & vide omnino bal. l. ij. nume. ij. & ibi posuit in apost. ad ipsum post bar. in. ff. deponit ab officio. §. de manu. vindi. & ibi bon⁹ tex. cū gl. Berar. de Petra sancta sin. suo pmo.
3 proba. tertio loco. † Not. etiam ad id quod dicitur de test. §. fin. quod refrenatur multitudo testium quod intellige quando sufficit
b super vno articulo reducere ad tres, vt hic manifeste dicit text. b
4 Not. etiā de solerti † inuestigatione iudicis potest enim de multis circumstantijs interrogare, vt ad veritatē perueniat. vt hic ibi, solers quesitor, & facit ✠ no. §. de test. l. testimallud autē quod dicit hic de
5 tormentis, intelligit hic gl. si vacillāt, vel si sint viles psone. ¶ Ac-

mio ad

nō ad secundam partem ex qua no. q̄s primo debent examinari, z
rogari, si expedit his qui veritatem melius noscūt. Ad idē facit
c l. diuus. ff. de quæstio. ¶ Uemo ad ver. sane. z opp. nā primo dicit v
niuersos esse peremptos. z postea dicit inuestigādū a liberis esse,
contra qui nō erāt. nō sunt idonei testes, vt l. testium. ff. de testa.
Huius timore dicit gl. hic loquitur de liberis. qui forte erant in
naui, sed vt diri, z tradicit tex. qui dicit vniuersos mortuos. Dico
ego intelligi prout iacet litera. s. naue z oēs esse peremptos. Et ideo
ī p eos qui interfuerūt, probari nō possit, recurrit ad coniectu
ras, ad liberos, videlicet nautarum, vt ipsi examinētur, qui veris
similiter scire debēt de morte patris. Itē de perditione rerum pos
sunt verisimiliter testificari qui viderūt res immiti in naui, q̄ po
f stea perēpta est. † Ex hoc habes duo notare. Primo q̄ si q̄ratur
de morte alicuius, sufficiens probatio est, q̄ inter liberos, z cōiun
ctos habeatur pro mortuo. Itē si inter socios, z cōmilitones pro
mortuo habetur, vt in auth. hodie. ff. de repu. diri plene in l. ij. ¶. fi
d dubitetur. ff. quemad. test. aper. ᵇ Scōo no. arg. ad probandū amis
sionem rerum per verisimilitudinem. Hoc quo per Ly. in l. si credi
tor. ff. de pig. act. l. si quis ex argentarijs. ¶. fi. cuj. l. seq. in prin. z ibi
diri. Itē opp. de tes. qui dicit quod nauicularius cōtendit. z tes.
ff. dicit omnes peremptos. Hi. dicit q̄ euasit aliquis quod est con
tra tex. Ideo dicit quod aliquis de corpore nauiculariorū est iste
7 qui contendit, non tamen erat de illa naui, z ideo conqueritur, q̄
ad eum spectat commodum, z incommodū, vt ff. l. proxi. † Ultimo
no. tempus naulgandi, sed in hoc puto standum consuetudini. Si
enim fecit quod diligens nauta fecisset non tenetur, alias secus,
non enim seruatur ista lex in tempore. vt liquet in istis ciuitatib.
§ maritimis. ¶ † Ultimo ex hoc colligūt quidam distinctiones tē
porum, z totum annum diuidunt in hyemem, z estatem, sed pro
pria diuisio est in quatuor partibus. vt dicit gl.

ADDITIONES.

Pro concordia. Aduerte quod optime probatur mors secun
dum Bar. in hac l. quoties. si inter liberos, z cōiunctos habeatur
pro mortuo. z in l. genero, in fi. in prin. ff. de his qui notan. infam.
Contra allegatur tenere in l. ij. ¶. si dubitatur. ff. quemad. test. ape.
Tu dic in d. ¶. si dubitatur. loquitur, quādo agitur de magno pre
iudicio puta de vita hominis, ꝛc. secus si de modico preiudicio. q̄
tunc vbique concor. cum primo opi. vide in trac. Bart. quomodo
probatur mors, z in trac. Bal. de testi. Panor. in c. quoniam fre
quenter. ¶. porro. vt lit. non contest. Adde ad Bar. in l. si quidem,
vbi do. Alex. in apost. C. sol. mat.

a ANG. ¶ Ista lex facit † optime q̄ mors alicuj possit probari nō
f solū p testes * qui interfuerūt sepulchro, prout dicit in l. si quidē,
¶. sol. mat. sed per consanguineos mortui qui dicāt. z asserant qil
lum habent pro mortuo, per hāc literā. Et hoc verū, nisi agatur
de maximo preiudicio, q̄ accusatur aliquis de homicidio. Citij ira
quod per probationem acculatus decapitaret, tunc requirit pro
batio explicata, q̄ de maximo preiudicio agitur, vt l. sciant. ¶. de
prob. Ubi si vero agit de magno preiudicio, tunc probatiōes nō
requirunt. ita dilucide, vt in auth. hodie. ¶. de rep. z in corpore vij
sumitur. Quando vero agitur de preiudicio modico, vt q̄ agitur
quod tabule testamenti aperiantur, ita q̄ modicum preiudicium
est, ideo leuissime probationes requiruntur, q̄ pōest per famam
probari, vt l. ij. ff. quemad. test. aper. Ita distinxit gl. magi. in l. cuj
quidam. ¶. quod dicitur. ff. de acqui. her. * Adde, quod no. in apo
still. ad istum in l. si quidem. in fi. in ver. formam, ¶. solu. matr. * Per
testes. Et adde quod multis alijs modis probat. de quibus per
Bald. in c. j. quo tempore mi, z per Pet. de Su. in l. proponebat.
ff. de iud, z Lanfran. in c. quoniam contra de prob. in ver. testes. z
per Joan. And. in addi. ad Spec. in tit. de no. cri. ¶. fama. ver. quē
si agenti.

b ALEX. ¶ Qualiter sit refrenanda productio testium, nā ius ca
nonis vsque ad xl. testes, de quo per doc. in d. ¶. fin. z hoc dictum
alle. Lud. in d. ¶. de viro. l. si vero. ff. sol. mat. in xlv. fallen. z dicit q̄
pauci sciunt. Sed cum reuerentia dictum est satis vulgatum. Ui
de gl. in ca. cuin causam que inter Archiepiscopu. in ver. effrena
tam. extra de testi. que inquit, quod hoc est arbitrariū. Alex. bal.
in l. si quando, ¶. vnde vi. z Alberi. in l. consensu. de repu. in l. fi. ¶.
licentia seruorum. ¶. de iure delib. z hoc est, quia lex est cōtenta ea
probatiōe q̄ haberi potest. arg. l. si vicinis. ¶. de nup. z Bart. in l. si
quis ex argentarijs. ¶. pe. ff. de edendo. quod est optimus pro limi
tatione l. etiam. de testibus.

c ALEX. ¶ Adde l. ex libero. ff. de quæstio. z l. qui falsa. ff. de test.
etiā in ciuili, siue sit vilis psona siue nō. c. super his. de penis. nec
vacillās fidē facit. l. q falsa. ff. de testi. Sed an talis testis sit redu
cēdus ad cōcordiā. Dico q̄ si sibīpsi cōtradicit, nunquā reducis
tur ad cōcordiā, vt pena, z periurij euitet. Ita voluit Bar. in l. eos.
in fi. ff. de fal. aut testis alij testi cōtradicit, z tunc bene reducitur
ad concordiam vt periurium euitet, non vt probet. c. cū. tu. de tes.
no. Jo. And. in addi. Spe. in titu. de teste. in ¶. nunc de interroga
torijs. in add. caute. z Fede. in cons. clxxvij. alias cōs. clvij. inc. do
mine Gloriose. z do. Ant. in d. c. cū tu. z ibi do. Abb. z quod quā
do vnus testis sibīpsi contradicit nō reduci possit ad concordiā
vt voluit gl. in c. in nostra. de test. quā ibi ponderat ad hoc d. Ant.
tenet Jac. Bu. in l. optimam. de contrah. z committen. stip. z in l.
sed si possessori. ¶. Itē si iurauero. ff. de iureiur. z in l. cum de etate
de prob. z Imo. in l. inter stipulantem. ¶. j. ff. de ver. obli. z Spe. in
ti. de notorio crimine. in ¶. fama. in fi. dicunt quod immo reducun
tur ad concordiam, vt periurium euitent. De quo per Imo. z do.
meum. in l. inter stipulantem. ¶. j. de verb. oblig.

d ALEX. ¶ Idē tz Ang. in l. de tutela. ¶. de in integ. rest. mi. per il
lum tex. z bene facit in l. si filium. ff. de libe. can. sed in contrarium
est tex. in l. quoniaz sororem. ¶. de iure delib. Unde hoc pendet ab
eo quo queritur an coniunctus presumatur scire facta coniun
ctorum. de qua per Bar. in l. is potest. ff. de acqui. her. Bal. in l. de
tutela. z in l. quoniam errorem. z ibi dominus meus.

LEX IIII.

Pro his. Priuatis qui soluerunt collectas pu
blico officiali, qui postea anfugit, vel p
diderit, non imputatur. h. d. tex. hic loquitur in exactori
bus, vel procuratoribus fisci. Not. contra officiales, qui postea
aufugiunt. vt eis tantum imputetur.

LEX V.

1 ¶ Examinatio in alio iudicio facta facit notorium iudici.
2 Libellus non requiritur in causa naufragij.
3 Libellus non requiritur qñ quis proponit aliquid ad sui excusa
tionem, vel defensionem, nec petit aduersarium sibi condemnari.
4 Causa naufragij debet per iudicem intra biennium expediri.

De submersis. Cum de naufragio queri
tur, summatiz examinatur
z, ex eo quod in illa cognitione reperitur, potest per in
quisitionem procedi, z causa debet intra biennium ter
minari, alias nauicularius absoluitur. z iudex tenetur. h. d. Pri
mo ponit qualiter iste cause examinentur, quia summatim, z leua
to velo. Secundo dat potestatem iudicibus procedendi contra
rapientem, z puniendi. Tertio statuit terminuz isti instantie, z iu
dici penam imponit. Scōa incipit ibi. z si quisquam. Tertia ibi,
si vero. Circa primuz quero que sint iste cause. Resp. gl. scilicet cri
minales. accusabantur enim hic aliqui de eo quod dicebantur ra
puisse aliquid de naufragio q̄ licet in se possit esse verum, tamen
non conuenit tex. nostro in fi. vt infra dicā. ideo dic q̄ hec erat illa
causa q̄ cum res perditerit per naufragium, nauicularius pete
bat se absolui, vt diri ¶. l. ij. z l. quoties. z sic continuaī sequēs lite
ra, q̄ si in ista cognitione iudex reperit aliquem aliquid accepis
se poterit cōtra illū procedere ad petitionē nauicularij. z puto q̄
1 hec sit causa sufficiens procedendi per inquisitionē, quia iudici
notū est per examinationem in alio iudicio factā, vt no. in l. athle
tas. ¶. calumniator. ff. de his qui nō, infa. z dixi in l. secūda. ¶. si pu
2 blico. ff. de adulter. ¶ † Uemo ad tertiā partem. not. hic q̄ in ista
causa non est necesse dare libellū. sed sufficit coraz iudice proponi
cum libello in scriptis, vel sine. Ad hoc opp. ¶. de lit. contest. auth.
offeratur, dicit gl. hic speciale vel corrigitur hec. Certe si intelligē
temus q̄ causa erat criminalis, de necessitate haberemus dicere
quod hoc sit speciale, q̄ de iure antiquo requirebatur libell⁹, vt l.
3 libellorum. ff. de accu. ¶ † Sed intelligendo vt dixi. dico quod nō
est speciale. nec corrigitur, nam quando quis proponit aliquid ad
sui excusationē, vel defensionē, nec petit aduersarij sibi condem
nari ad aliquid, nō est necessarius libell⁹, vt l. sciré oportet. ¶. opor
a tet. ff. de accu. tut. ª ¶ † Scōo habes hic q̄s hec causa debet expe
4 diri intra biennium. cui concordat ¶. vt intra cet. tempus cri. ¶. ſt.
ter. l. fi. si intelligas quod erat causa criminalis. Si vero intelligas
quod hec erat causa ciuilis. est contra l. properandum. ¶. de iudi.
Sed gl. dicit quod hoc est speciale. ¶ Item contradicit l. ij. ¶. eo.
Sed die vt ibi dixi. q̄ ibi datur annus parti ad conquerendū. hic
biennij iudici ad terminandū. ¶ Ad istam partem oppo. dicitur
hic, nauicolario absoluto. contra, cum ipse petat quomodo pōt
absolui ab obseruatione iudicij. Sol. Sunt in gloss. due expositio
nes. Prima q̄ absoluitur ipse ab obseruatione iudicij, z ideo ꝛ
absolui, q̄ tenebatur, cum naufragiū sua culpa accidēret. Scōa
exponit nauicolario, id est ei, qui res surripuit de naui. Et illaz te
net Dy. z illā oportet nos tenere secundum illos. qui intelligunt
istam legē totam loqui de criminali causa. tñ hec expositio est mul
tum extranea, vt dicamus nauicolariū ipsum raptorem. cuius per
totum istum ti. z in precedētibus nauicolarij appellātur qui mer
ces portāt in naui, nō qui rapiūt. Et ideo tene primā expositionē.
quod nauicolarius ad sui defensionem volebat probare naufra
gium, si iudex negligit hoc terminare intra biennū. iudex z eius
officium tenebitur fisco, z nauicolarius est absolutus a fisco.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Et quod hic procedatur sine libello, intelligit gl. in l.ij.§.dies.ff.quis ord.in bo.pos.ser.Bart.in l.iij.ſ.de pignori.z p doc.in l.iiij.§.ait pretor.de re iud.p Are.Justi.de actio.in prin.in ver.ex quo sequitur q̄ quando competit officium iudicis. Bloss. vt velle q̄ sic.in l.j.in'j.gl.ff.de eden.Contrarium vult gl.in rubri. de inter.actio.in l.)Papinianus.de minoribus ad fi.auth. offerat per Bar.z alios.in l.j.ff.de iurisd.om.iud.z in c.fi.de offi.deleg. vide Ly.in l.j.ſ.que sit longa consuetu. Jmo.in l.si vero. §. de viro. sol.ma.in prima fallentia.Et an officium iudicis sit idem quod exceptio,ter.in l.plane z in l.ſ.ff.de petitio. her.z Bart. in l.j.§.z in parui.ff.quod vi aut clam.quod sequitur Ant.de But.in c.item cum quis.de resti.spolia.z Per.de Anch.in cle.j.de sequest.pos.z fructuū.z in c.canonū statuta.de cōsti.z Bal.z ang.in l.plane.z l. fi.prealleg.z in l.j.de cond.indeb.z in l.si non sortez.eo.ti.p̄o quorum concordia vide Jmo.in l.fi.ff.a quibus app.non licet.

LEX VI.

Super. Ho.casum specialem vbi onus de culpa alterius tenetur.Et istud est vnum munus vniculariorum.p̄o quo res eorum sunt obligate, vt ſ. de prędijs naui.per totum. ¶Itez hoc intelligit gl.quando sua culpa naufragium contingit,que culpa colligitur ex pluribus,vt in gl.quā no. ¶Ultimo no.qualiter debes recipere rationē ab officiali publico,q̄ ui asserit se aliquid perdidisse, nam non debet sibi dimitti,si sui culpa'accideret,alias secus.De modo autem probādi hoc quod sui culpa acciderit,dicam j̄.ti.ij.l. quod ad presens, z ibi de hoc tangam. hic non sunt alia.

De metallarijs, & metallis, & procuratoribus metallorum. Rub. VI.

LEX I.

Perpensa. Ad euidentiam totius ti. debes scire quod illi qui fodiunt metalla dicuntur metallarij,z quod p̄o primo introitu in illud officium debent soluere octo scrupulos illius metalli,ad quod fodiendum accedit quod non soluit amplius quam semel, vt hic.z de eo quod fodit,debet dare quolibet anno vnam libram fisco, que sit xvij.vnciarum,vt j̄.p̄oxi.nisi aurum fodiat, quia sufficit tunc si annuatim soluat septem scrupulos,vt j.e.l.per annos.vltra hoc debeto quod percipit facta purificatione metalli,debet fisco dare suas decimas,hoc est de decem partibus duas si fodit in publico,si fodit in priuato,vnam fisco soluit,residuum sibi retinet.j̄. eo.l.iij. ¶Qui vult esse metallarius,tenetur soluere octo scrupulos.z metallum qui vult vendere, debet vendere fisco pretio competenti,h.d.[a] ¶Ho.cuique licere fodere metalla secundum formam huius legis z glo.opponit|quod pius debeat soluere,vt j.l. p̄ox.vel minus,vt in l.per annos. Solue vt dixi in euidentialib[b]. licet glo.variet. ¶Quero quid dicatur scrupulus.[b] Azo hic.vt refert in summa.hoc per quinuit amedicis,z exponit vt in gl.secūdum Azo,z secundum eos dicitur scrupulus xx.pars vncie, licet Bla.aliter intellexerit quod scrupulus dicatur tantus ponderis quod octo faciant xiij.vncias.Et sic illa lex concordat cum ista. Sed Hugo dixit aliter,vt no.in l.per annos. vbi dicit q̄s scrupulus est pondus sex siliquarū,siliqua autem est quarta pars vncie vt l.liberto,§.filiū.ff.de annu.leg.z no.per gl.ſ.de epi.z cleri.auth. sed hodie,z secundum hoc scrupulus esset vna vncia cuz dimidia, quia tamen hoc dubium est,standum est opi.Azo. quia scrupulū ponit esse minozis ponderis,z sic in dubio est contra fiscum, vt l. non puto.ff.de iur.fis.[c] ¶Ultimo nota ex hoc fine quod colonus dz potius vendere domino fructus quam alij,iusto tamen pretio.[c]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Adde ad istum tex.omnino no.per Pau.de ca.in l.dinoscio.§.si vir.ff.sol.mat.in fi.

b ¶Scrupulus. Vide tu do.Bar.Lep.in l.in itinere.in fi.princ.de ver.sig.vbi no.habes de singulis generibus ponderuzadde quod no.in apostil.ad Jacob.Rebuf.hic nu.j.in vers.Hugolinus.dicit quod scrupulus alias etiam potest dici,scropolus, vt per Lep. in loco.ſ.alleg.

c ALEX. ¶Hoc sequitur Lud.in l.j.ff.sol.mat.

LEX II.

1 ¶Libra regulariter intelligitur duodecim vnciarum.

Ometallicum. Metallarius debet annuatiz p̄o canone
1 soluere vnā libram metalli xiij.vnciaruz. †Sed quero in dubio,quot vnciarum intelligitur libra. Resp.duodecim,vt l.[illegible]ruum muz.ſ.fi.z ibi no.ff.de he.inſti.z Just.de heredū qua.z diffe.ſ.hereditas,nisi aliter consuetudo se habeat,vt hic,z in quibusdam ciuitatibus in venditione quarundam rerum intelligitur libra xvij.vnciarum,quibus consuetudinibus standū est in ipsis ponderib.z mensuris,vt l.Imperatores. ff.de contrahen.emp.z vt omnis tollatur dilatatio p mēsuras,z pondera publica ad que recurritur,vt l.modio.ſ.de suscep.

LEX III.

Tancti. Facilis est ter.Nota istud, q̄s de lapidibus qui fodiuntur in prędijs priuatoruz, fiscus debet habere decimam.

LEX IIII.

Cum procuratores. Officiales ad exigendum metallum non debent ad aliaz dignitatē ascendere,nisi priusillud officium per ficiant.hoc dicit.

LEX V.

Per annos. Fodientes aurum p̄o canone omni anno septez scrupulos te
1 nentur exoluere,h.d.† Not.istud vulgare tantum importat p̄o homine.ac si diceremus p̄o quolibet hoie soluatur tantum,vel quilibet soluat tantum.

LEX VI.

Uosdam. Non pōt quis tantum effodere q̄s ex hoc aliena edificia destruantur, h.d. ¶Not.gl.quod de iure licet in alieno perquirere lapides,nisi per hoc edificia destruantur.

LEX VII.

Metallarij. Adscripti ad fodiendum metalla. si aufugerint ad aliud officiū,retrahūtur,etiam si familiares Principis fuerint.h.d. Ad euidentiam scias q̄s metallarij sunt homines liberi,licet sint adscripti ad illud munus.facit ſ.de ser.fu.l.vlti.† Nota hic arg.q̄ si statutum dicat quod comitatenses reponantur in comitatu, q̄s locum habet etiam si comitatensis esset de priozibus.Et sic vide illi,qui sunt domestici Imperatoris retrahuntur ad primam conditionem.Gloss.est hic,que tractat quomodo de vna conditione quis transferaur in aliam. Dic vt in eadem,z sumitur de summa Azo.de verbo ad verbum.

De murilegulis, Rub. VII.

¶Glo.continuat rubricam,z exponit eam,singula verba exponam in ter.z legib.ad quas gl.remittit. †Quero vtrum isti homines sint liberi vel serui.gl.z Azo in sum.innuit quod sint serui.Sz puto quod hoc non sit necesse quamuis verum est dicere q̄s sint liberi adscriptitij,tamen ad istas conditiones,de quibus infraui debis quod patet,quia dabant pecuniam ad hoc,vt ad ipsas cōditiones assumerentur, quod non esset, si serui essent nullus enim daret pecuniam vt seruus fieret,vt j̄.eo.l.j.Item quandoque liberabantur dando substitutum,vt j̄.eo.l.si quis ex corpore, quod non esset in vero seruo.Item inueniuntur quedam leges quod cōtrahebāt matrimonium,vt l.decimus.ſ.cod.z l.murileguli.ergo serui non erant .ſ.de inceſt.nupt.l.cum ancillis.

LEX I.

Monetarios. Adscriptus ad cudendam mo
1 netaz Principis non liberatur alicuius dignitatis priuilegio.h.d. Et hac l. apparet qui dicantur monetarij, innuit etiam hec lex quod isti vocentur serui,sed magis sunt liberi conditionati.

LEX II.

Baphij zgenetij. ¶Primo pōit q̄ per rectores z tertores pi
1 noz̄ substātia,z patrimoniū Principis minuitur,qui male faciunt.h.d.vsque ibi,z species baphij,tinctoris, commercij,z tertoris,vt videtur in glo.rubrice.per q̄s subaudit mala facientes,z nostra priuat substantia.i.patrimoniū Principis tenuatur,id est,minuit.Hoc autem fit duob[s] mod.j̄.p̄or.declarat z species genetij,i.panni contexti. Ad euidentiā scias q̄s ista tinctura,de qua panni domus principis tingebant,erat multum caraſin pretio.facit j̄.eo.si q̄s nauiculā.z j̄.ti.j.l.vellera.Lozū pebant ergo isti vel faciendo debiles pannos, vt modicum rec-

perem

perent de tinctura, seu modicū tingendo. Sedo modo corrumpendo ipsam tincturam, immiscēdo aliam tinctūrā corruptam in generio. hoc est, vbi panni terebantur confecte, ad eā conterte corrūpuntur per predictos malos tinctores, seu textores, faciēdo pānos debiles, vt modicum de tinctura reciperēt, vel tenendo ipsos modicū in tinctura, propter q ipsi pānī corrūpuntur, z hic est primus modus. Aliud est corrūpēdo tincturā, z hoc loquitur in baphys, id est, in locis vbi fit tinctura, temeratione, id est, per eoz audaciā z temeritatē, vim adducūt, id est, aliquid adducunt ad minorandum vel augmētandum tincturam, per id q additum est, inquinate alluuionis, id est, corrupte augmētationis, hoc aūt faciebant, qz quando fuerunt adepti istud officium, dederunt pecuniam, nūc volūt retrahere per dictas corruptelas. Prohibet ergo princeps pecuniā dari pro acquirēdis dictis administrationibus, z hoc sequit, z sic litera est plana. Ex pdictis patet q quedā gl. que exponit vim id est, p vim nō est necessaria nec habet intellectū huius litere. † Ro. arg. l. contra tinctores. qui pānos eorum punit in tinctura, nam eorū culpa factum presumitur z tenētur. facit. ff. loca. item queritur. §. si gemma. z §. si fullo. Item facit contra scriptores, qui aquā immiscēt in atramēto per q litera est magis alba, z cōtra miniatores, z pictores, qui depingunt vel miniāt de adulterinis coloribus, vt teneantur domino ad interesse. Item tenentur crimine stellionatus, vt ff. de cri. stellionā. l. vij. §. sed z si quis.

a † Ultimo no. arg. quod qui dat pecuniam, vt habeat officium, habet animum malefaciendi, z indebite lucrandi propter quod factus est titulus[a], vt iud. sine quoquo suffra.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Factus est titulus vt iudices sine quoquo suffr. fiant. Sed iste titu. perperam in maximum totius Reip. detrimentum observatur, vnde multa scandala propter iudicum corruptiones, z ipsa etiam iudicia venalia quotidie accidunt vt plene dixi in addi. ad Jac. Reb. in l. curiales. nū. j. ff. de decur. lib. x.

b ALEX. ¶ Suffra. Vide Ang. vt iud. sine quo. suffra. in prin. ad de. l. vni ne fi. per Bar. ff. de legu. in lib. x.

LEX IIII.

1 † Mors animalium quando debeat clare probari, z quādo sufficit per coniecturas.

2 Mortem hominis probare per coniecturas quando sufficiat.

Quod ad presens. Duobus modis legitur gl. in gl. Secundū primū scias quod Imperator habebat pascua multū magna in quibus tenebat gregem suum, z alij homines z rustici habebāt similiter greges suos in eisdē pascuis, z tenebātur Principi ad hoc, vt qñ grex eius minuebatur, debebat supplere de gregibus aliorum. Et illi qui preerant gregi Principis vocabūtur vastagarij. qui scēm nostrū vulgare vocātur virgarij. Contingit ergo q quedam anno decesserunt multa ex animalib. Principis, dubitabatur quantū rustici debebant dare vastagariis pro reparatiōe gregis Principis. Imperator statuit q pro illo presenti tēpore sufficiebat, si illi rustici quilibet daret quintum animal, hoc est de quinq; vnū, z secūdum hoc habes q gl. que dicit, q rustici prestabant hoc omni anno dicit contra literam, hic provident Imperator ad solum remedium illius instantis temporis dū dicit q ad presens remedium pertinet. ¶ Nō enim vniuersaliter provident pro omni tempore. ¶ Ratio, qz secundum varietatem tēporis contingit mutatio casus, qz in quibuslā annis greges augebantur ex eis qui nascebantur, quandoq; minuebantur propter mortalitatem, quādoque in magna, quādoque in parua quantitate. facit ff. ad l. Falc. l. pretia rerū. §. nonnullam. ¶ Iuxta hāc legē quero vtrum sufficiat ei, qui preest animalibus, cum vult probare diminutionē, z mortem eorum,[a] q illo anno ita contingit communiter quod de quolibet grege mortua est dimidia vel tertia, vel aliqua pars certa in regione illa. Videtur enim q non debet clare probare se amisisse, arg. l. si creditor. ā. de pign. act. z l. si quis fundū. §. Imperator, ver. si capiari[a]. ff. loca. ¶ In ctrariū facit lex ista. Respondeo, si quidē tractatur de morte vnius certi animalis, vel de duobus que nō pascebāt gregarum, puto q debeat clare probare, vt l. j. alle. Si vero animalia gregatim pascebāt sufficit probare per cōiecturas. Dicunt enim de qualibet oue q moritur, vel deperditur habere testes de visu, bene sufficit probare q illo tempore sic communiter accidit in regione illa, arg. huius legis. ¶ † Idem dicitur duz tractatur de probanda morte vnius

2 hominis, aut eā dicitur decessisse in exercitu vel conflictu, vbi decessit magna multitudo hominū, vel in domo sua, vt notauit in l. si quidē. ā. fol. mat. z tetigi. in l. ij. §. si dubitet. ff. quemad. test. aper. ¶ † Simile dico in tutorib[a], vel official. bus publicis. q habēt reddere rationem de aliquibus suppellectibus, vel alijs rebus que vsu cōsumuntur, vt sufficiat probare quod in tanto tempore verisimiliter debuerūt posse corrumpi tot ex illis suppellectibus, arg. l.

b fi. ā. de alī. pn.[b] prze. ¶ Sedo. modo legitur vt vastagarij dicantur beccarij, seu macellatores, qui bestias occidunt z vendunt populo ad manutum. Pone ergo q statutum erat quod beccarius daret certus numerus animaliū, que occidere[a]t z venderent populo. Contingit q venit magna multitudo hominum, vnde ille numerus animaliū nō sufficiebat. Imperator statuit quod pro re medio scēm illud instans tempus detur illis beccarijs quintum animal, hoc est pro omnibus quinque que dabantur, addatur vnū

4 z hoc fiat pro reparatione salutis corporis humani. ¶ † Facit q licet statutum dicat q illi qui tenent locum Perusinum, debeant certaz quantitatem piscium omni die ponere in platea, q si ex casu multitudo gentiū superueniret, quod possint cogi ad portandum

5 plus, tantum quod sufficiat pro reparatione corporis humani[a].

ADDITIONES.

a ¶ Eorum. ad quod vide domi. Alex. de Imo. in consil. clvij. z in consi. cc vij. ij. parte.

b ALEX. ¶ Vide Bar. de hoc in trac. suo de test. in ver. circa carmen. in fi. Adde Bal. in l. non ita. §. species. de le. ij. vbi videtur dicere, quod per ostensionem corij, motz animalium probari possit. Et vide Bar. z doc. in l. si quis ex argentarijs. ff. de eden. in §. prohibet. ¶ Jterz in ver. de aliquibus suppellectilibus. Adde hoc casu quod ad probationem tenuium rerum, minutarum sufficit etiam qualis qualis probatio arbitrio boni viri. z per coniecturas. not. Bal. in l. iij. ā. de pet. here. z gl. z doc. in l. fi. §. in computatione. ā. de iu. delib. facit etiam in l. fi is qui pro redemp. cap. ā. de doua.

c ALEX. ¶ Et ita etiam equitur Ang. hic z hanc reperte. z facit quod no. Bal. in l. bellum. nullam de sacros. eccl. Ang. Adde q idem dicimus de Ro. qui non vult portare frumentum in platea, z vt possit cogi tempore guerre. v. Icaristie portare, z etiam [illegible] vi liozi pretio. l. si pendentes. §. si quid. vbi Bartol. dicit de vsufruc. Roma, in litera, knotab. pcu. quod limita non procedere in decurione, qui non pōt cogi. l. decuriōes. ff. de admi. re. ad ciui. per. z l. non debere. ff. ad muni. gl. tamen. in l. annonam. de extraor. cri. dixit quod dives non cogitur vendere frumentum. Sed secundum Bar. ibi cogitur, sed iusto pretio, que omnia no. Adde quod si statutum requireret vendi minori pretio z venderet alicui ignoranti maiori pretio z venditor non notificaret emptori statutum, certe tenetur ad interesse quo ad illud plus emptori, secundum Bar. in l. quero. ff. de ac. emp. facit l. si vina. ver. plane. de peri. z commo. rei vend.

LEX VI.

Qui trinis. Qui occultat aliquem ex textoribus, punitur pena trium librarum auri. h. d. Quero, dicit hic trinis li. auri, quot sunt. gl. ff. dicit tribus lib. auri. argn. ff. de. pen. l. interpretatione. licet

1 propter ponatur pro ser, vt ff. de leg. j. l. si quis ex testamento. †no. q in penis ista verba trina, bona, z similia, nō importāt gemmationē numeri, secundū istam gl. Contrarium no. in prima constitutione Digestorum. §. pe. in ver. dena. z in §. hec autem tria. communiter tenetur ista, vt plene examinauit in l. stipulatio ista. §. eus qui. ff. de ver. oblig.

LEX VII.

Dicimus. Quāer nobilis nubens moneta-

rio si post protestationem non recedit efficitur monetaria, sed mulier adscriptitia si post protestationem a domino reuocetur, eiusdem conditionis efficietur, z etiam monetaria, que nō potest extranco nubere. h. d. Tres partes habet. Secunda incipit ibi, si qua vero. Tertia

1 ibi, sed vt monetarius. ¶ † Ro. primo de virtute protestatiōis seu denuntiationis, nam quicunque eam contemnit, perdit ius suum. Facit ā. co. l. ingenue. z ff. de libe. agno. l. j. in princ. z per totum. z

a ā. de rem. l. pig. l. si eo tempore.[a] ¶ † Ro. ex fine prohibitus esse mu-

2 lierem monetariam nubere extrāneis facit ad questionez, fuit statutum quod inter homines diuersarum terrarum non contrahat matrimonium, sub certa pena. ¶ Quero vtruz statutū valeat. Videtur quod sic, vt hic. Jn cōtrarium, quod non, qz aufert libertatem contrahendi matrimonium ergo. ꝛc. ff. de ver. ob. l. Titia. z l. si diuortio. z de cond. z dem. l. cum ita. Resp. statutum non valet, quantum ad hoc vt faciat matrimoniū esse irritum si cōtrahatur, qz cum sit sacramentum z res spiritualis, laici non possunt statuere circa illud, cū nō sit de iurisdictione sua, z ecclesie.[b] Sed an valeat quantum ad hoc vt contrafacientes puniātur. Videtur dicēdum q si quidez possunt honeste nubere seruata forma statuti, qz in qualibet secta. tot sunt, quot possunt matrimonia contrahi, z

c tunc facientes contra incidunt in penam statuti, aliter secus,[c] vt d. l. cum ita, z l. si q. ff. de cond. z demon. z hac lege.

ADDITIONES.

a ANG. ¶ Hoc intelligitur qñ protestatio fit per habētē ius protestandi, alias secus, vt l. si fundū. ā. de rei ven. z l. si eo. ā. de re. pig.

b ALEX. ¶ Vide Bal. z in l. j. z ibi dixi. ā. ad Turp. z cōtra bar.

hic bene not. per Bal. in l. omnes populi, ver. sed nūquid statutū, de in. z iur. z Aug. hic idē dicit quod Bar. formaliter. Alex. Vide Bal. in l. neminem, §. de nup. z Bar. in l. cunctos populos. in iij. quēstione principali. ff. de iust. z iure. Item ibi, cum non sint de iurisdictione sua, sed ecclesie hoc tenet Jo. And. in c. statutuz. de hereticis. in vi. z Are. Inst. de iure naturali in prin. in ver. quero ergo an per statutum per Bal. in l. ij. §. ius naturale. ff. de iusti. z iure. z tenet idem quod hic. z Bar. distinguit.

c ¶ Secus. Ad cuius articuli decisionem vide tu copiose. z no. d. Hel. in c. j. de spon. ver. tractant cum seq. z in c. ecclesia que. in. versi. secūdus effectus. de constit.

LEX VIII.

A Eternam. Vastagarijs non licet ad aliam mi- nistrationem transire, nisi illa completa. h. d. Et sunt vastagarij illi, qui preerant animalib. Principis, vel preerant macello ad faciendum carnes ad hominum sustentationem. §. eo. l. quod ad presens.

LEX IX.

f **Si quis naui.** Ista lex est clara†, z quero, quid sit murex, z conchilium. Bl. dicit quod murex est piscis qui appellatur concha marina, alio nomine conchilium, quod si ferro preciditur, effundit lachrymas purpureicoloris, vnde Tingitur purpura. Et sic vnuz, z idē est piscis murex, z conchilium, z est tinctura valde pretiosa, ita q̄ soli Principi ea vti licet, z non alijs. Idem de tinctura q̄ ei assimilatur, vt color de grana, que si in panno laneo apponatur, scarlatum appellatur in vulgari. Videbitis in ti. prox. l. ij. z iij. z ti.

LEX X.

f ¶ Tinctores pannorū debēt reddere pānum tinctū lauatum.

Stas. Gloss. intelligit hic quod hic dicitur serico blatte mataxe, quod sit genus tincture pure, z sic debet deuenire in fiscum, non vēdi, z ponit penam officialibus, qui passi sunt contra fieri, z hoc secunduz gl. tu ponas casum aliter. Ad euidentiam scias quod aliquando tingitur lana, linum, z sericum non filatum, quandoque tingitur filatū in mataxa seu gaueta nō textum. quādoque tingitur pānus post texturam. ¶ Item scias q̄ princeps habebat quosdā prepositos qui a tinctoribus res tinctas accipiebant, precipit ergo Imperator q̄ isti ppositi non recipiāt istas res tinctas, nisi lotas, seu lauatas, nam, vt moris est, post tinctura lauatur. z si cōtra fecerint, imponit eis penas. In tex. ibi, in posterū, h. d. quia ante hanc legē quandoque fiebat contrarius, series, id est, seriose ordinate. quodam enim ordine ordinantur cum in tincturaz immittuntur blatte id est, linum z limisterium, secundū Bu. Loquitur ergo hic tex. de his que tincta sunt non filata, z mataxe seu gauete, iuxta vulgare nostrum sunt quando ea que filata sunt in mataxā seu gauetam, rediguntur, z tinguntur. Aliud quod sequitur est clarum z est arg. quod illi, quibus datur pannus ad tingendum', debeant reddere pannum tinctum lauatum.

LEX XI.

Murileguli. Murileguli si ad aliam dignitatem transierunt ad conditionem propriam retrahuntur, z res alienate per eos reuocantur, nisi f emptor voluerit illam conditionez subire. h. d. † Facit in arg. ad q. quedaz monasteria habent possessiones concessas in emphyteusim sub pacto quod transeant in feminam, que tamen nubat alicui subdito iurisdictioni monasterij. Facit ergo quod si nubat extraneo, qui vult effici de iurisdictione monasterij quod retineat 2 emphyteusim, facit. §. de impo. lu. descr. l. j. † Item est optimum ar. a quod feudum possit alienari inuito domino, a quādo emptor vult subire omne onus, quod sustinebat primus feudatarius.

ADDITIO.

a ¶ Domino. Et an z quando possit, vide tu Felin. in c. que in ecclesiarum de constit. ver. in eadem gl.

LEX XIII.

Si quis. Homines adstricti conditionib. huius tituli non possunt liberari etiam ex rescripto Principis, nisi dato substituto, qui solenniter approbetur, z talis liberatio vltra eius personam non porrigitur. h. d.

LEX XIIII.

Priuate. Qui assumūtur vt presint alicui collegio hominuz conditionatoriū, non admittuntur interim ex sacro rescripto, nisi satisfecerint idonee. hoc d. Quero, verum hoc sit verum in quolibet officiali publico quod non admittatur, nisi satisfecerit? Puto q̄ non, sed speciale est hoc casu, z in casu l. Imperatores. §. filiusfa. de admi. re. ad ci. pertinen, alias tunc demum de necessitate exigit fideiussor, si ipse non est diues, z idoneus, vt j. de fun. pa. l. quicunque ad emphyteusim.

LEX XV.

Qui autem. Partus sequitur cōditionē illius ex parentibus q̄ fuerit cōchileus. h. d. Et sic est hic casus in quo partus quo ad statum sequitur conditionem patris.

De vestibus oloberis, & auratis. Rub. VIII.

¶ Dic quedam sunt vestes de auro tote, z iste dicunt vestes olobere quedam sunt vestes de serico, aurate tm, vt qñ aurū inuoluitur supra filū serici, z iste dicunt vestes aurate. Quedā sunt vestes in quibus non est aurum sed sunt tincte ex illa tinctura q̄ que fit ex murice, seu conchilio, que est adeo pretiosa sicut aurum, vt videbitis j. in text.

LEX I.

Auratas. In hac l. phibet Imperator pannos, de quibus dixi in ru- confici ab alijs quam a suis genetiarijs, h. e. de textoribus suis, hoc dicit auratas, que sunt de auro puro, quas in ru. nominat oloberas. Sericas, id est, de serico, in quo inuolutū est aurum. Et vdi- f cit text. paragaudas siue in vulgari nostro sunt quidam frisi qui ponuntur iuxta gaidas, cuius exemplū videmus in pannis solennibus clericoruz, z religiosoruz. si vero geneas, tūc est locus, in 1 quo panni texebantur. † Ho. q̄ viris a non licet portare pānos de a auro, vel de auro frigiatos, vt j. l. proxi. expressius, sed de consuetudine non seruatur hodie.

ADDITIO.

a' ¶ Viris non lz portare, &c. Istud facit iuncto textu huius legis ad statutum prohibitum in viris, vt non extendatur ad femmas, de quo remi. in apos. ad Pau. post eum in c. significauit. num. ij. in versi. masculinum, extra de rescrip.

LEX II.

Nemo. Panni aurati, vel frigiati non possunt portari a viris sine rescripto principis. h. d. Facit ad ea que dicuntur j. eo. l. temperent.

LEX III.

Vellera. Non debēt lanc, vel panni tingi aliquo 1 colore simili colori muricis. h. d. Ho. q̄ non licet priuatis hominibus portare scarlatum, cum sit species similis purpure. Ho. quod nō licet viris tingere, vel portare pannos habentes species. i. habentes similitudinem cum tinctura muricis, z sic de iure nō licet habere vestes de 2 scarlato, z imponitur pena capitis, vt hic in fin. † Ex quo habes quod pro immimo delicto imponitur magna pena, que j. l. proxima modificatur quo ad preterita.

LEX IIII.

Imperent. Ut dixi hec lex est facta ad mo- dificandum precedentes, que ita imponebat graue penam, in quaz verisimiliter multi incurrūt. Precepit igitur Imperator, vt nullus audeat portare predictas species, seu dictos pānos qui conuenīt soli Principi, z domui sue. Secda incipit ibi, nec pallia, precipit q̄ nullus in domo propria texat tales, vel faciat tales pānos, vel pallia. Tertia incipit ibi, qui tincta iubet, q̄ quicunque habet dicta pallia, seu pannos tinctos de dictis coloribus perferātur in fiscū, z fisco tradāt. Quarta incipit ibi nulla stamina, cū §. prohibuerit ne conterātur pānus in toto tincti cōchilio, hic prohibet ne cōterantur pāni, qui habēt stamina de filo serico dicto colore tincti. Quinta incipit ibi, ne eisdē prohibet ne fila tincta dicto colore pro trama ponant in pānis. In tex. ibi, infectionis. i. tinctionis lz gl. aliter ponat. In tex. decurrāt. quasi dic. fila tincta dicto colore non decurrant per telā sordidam arguto pectine, z est sensus. sicut §. prohibuit stamina fieri de dictis filis. ita prohibet hic fieri substamina que in vulgari appellant trama. In tex. grana, scilicet dicta pallia, z dicta fila, de quibus dixi supra proxi. in trib' ver. posset etiam legi. cum seq. Sexta incipit ibi, olobera. precepit quod vestimenta olobera, id est, auro puro auferantur, id est, dentur erario. Septima incipit ibi, nec est, dicit quod nullus potest conqueri de istis vestibus, si non rehabeat pretium, qz satis est si

est si propter dictam oblationem, immunitate z ipse meretur a pena capitali que imponebatur per precedentem legem. In tex. ibi, calcate legis, calcata lex dicitur illa que nō seruatur, vide cu pro
1 pter istā oblationez liberentur a pena precedētis legis, merito dicit calcate legis impunitas. Octaua incipit ibi, nec quis dicat q̄ sequitur ex oblatione habet locū in preteritis, sed si quis in futu
1 rū cōtra predicta facit, punit crimine l. Jul. maiest. † Ho. ex hac l. arg. pro Priozibus istius ciuitatis, qui sepe faciunt legem quod omnes solnētes collectā antiquā intra certum tempus liberatur a penis quas incurrerūt, cū pro modico delicto imponat magna pena, z multi in illā inciderunt, videtur licitū quod per aliam legem cōcedatur impunitas. Item per hāc legē potest poni casus
2 in l. cum lex. ff. de legi. † Ultimo hec lex potest induci in ar. ad q. cū sint statuta per italiam q̄ mulieres non possint portare certa oznamenta, vel certos pannos, quod si maritus vroꝛi sue pannos, z
a oznamenta, z res ad eius vsum parata legauerit[a] an debeant illa prohibita portari ex forma alicuius statuti. Et de hoc dicā j. nulb li licere in fremis. l. j. z tetigi in l. quamuis. ff. de aur. z arg. leg.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Legauit. Adde de hoc quod no. in apo. ad istū in l. quamuis. in ver. vestibus reprobatis. post Alex. ff. de aur. z arg. leg.

b ALEX. ¶ Vide in l. j. ff. de legi. z Bal. in. l. adeo canonis. ff. de cō di. ob caus. Sed queri potest an valeat tale statutum. Jo. And. in regula, ea que fiunt. in mer. Item in casu isto, an saltem debeatur earum rerum estimatio, quid in victis, an videantur prohibite p statutum. Bar. in l. j. de fonte. in ſ. hoc interdictuz, z de estima. ad de Bal. in l. cum te. ſ. de do. ante nup. in rub. ſ. de cond. fur.

De fabricensibus. Rubrica IX.

1 ¶ Querit gl. de significatiōe istius verbi, fabri. Et respondet qs tribus modis dicitur, scilicet largissime pro quolibet magistro cu iusibet artis etiam lignozum, z lapidum. Secundo modo minus large etiam pro quolibet operante ferrum. Tertio modo stricte pro facientibus arma, vt hic in corpore de armis: communis tamen vsus loquendi accipit in secunda significatione, scilicet pro quocunque operante ferrum. quod nota.

LEX I.

OMnibus. Pecunia pro specie solui non debet fisco. h. d. † Ho, hic videtur ca
1 sus contra rectores istius ciuitatis, qui in suis electionibus promittunt dare communi duas balistas certi valoris, postea volunt dare quantitatem, non audiuntur. Casus est hic in terminis. Sed regulariter sic est quodaliud pro alio soluí non pōt inuito creditoꝛe,[a] vt l. ij. ſ. j. ff. si cert. pet.

a ADDITIO.

a ¶ Creditoꝛe. Adde Bal. in l. manifesti. per illū tex. C. de sol. z tex. in auth. hoc si debitoꝛ eo. ti. Et limita verū, nisi debitoꝛ fit carceratus. q̄ vt liberetur a carcere, cogitur creditoꝛ recipere de bonis suis in solutum, vt in auth. de fideiuſ. ſ. quod autem, z Bal. in l. ordo. C. de exec. rei iu. hoc verum nisi tamen debitoꝛ sit guarentigia. Alex. in l. cum vnus. de bo. auth. iud. possiden.

LEX II.

PRimicerium. Primiceriꝰ fabricēſis post
1 biēnium habet vacationem a muneribꝫ z singulis biennijs ad salutandum principem admittitur, vt protector. h. d. † Oppon. quod Princeps non sit eternus, quia omne elementum est corruptibile, vt l. enim debere. ff. de ser. vr. prę. Sol. impropꝛie dicitur eternus: tamen Imperatoꝛ respectu officij quod non debet habere finez, potest dici sempiter
1 nus. Item † opp. quod non debet adoꝛari, scriptum est in Euangelio, Dominum deum adoꝛabis, z illi soli seruies. Resp. impropꝛie dicit, scilicet pro quadam exhibitione reuerentie.

LEX III.

STigmata. Fabricensibus sicut tyronibus stigmata brachijs insiguntur, ad que re
cognoscuntur, z qui eos celauerint cum eoꝛum liberis fabrice vendicantur. h. d. Primo quero qualiter ista signa infigebā tur? Possumus dicere quod imponebatur aliquod signum panni in brachijs, sicut hodie videmus aliquos portantes in brachijs super pannos. Sed hoc non est de mente legis, quia fugiens poterat eleuare. Hic ergo quod infigitur i carne cū aliquo ferro igni
1 to, vt no. in l. pe. ff. ex qui. cau. mat. ¶ † Ista lex probat vnam solēnem practicā, si queratur in iudicio de aliquo homine recognoscēdo vtrū iste sit, qui tali tēpoꝛe fuit in studio, qui sic fecerit, z testes dicunt se recognoscere, qz viderūt z inspexerūt faciem eius, valet eoꝛum dictum. vt l. cum in diuersis. ff. de relig. Sed pone, vt de facto accidit, mueniꝫ homo mortuꝰ, cuiꝰ facies est adeo deuastata, quod per eam non potest cognosci, certe deuemendū est ad alia signa corpoꝛis, z si testis dicat recognoscō q̄ est talis ex tali cicatri
a cē[a] quam habet in aliqua parte coꝛpoꝛis, quod talis testis recte p bat. Casus est hic. Facit etiaz quod animalia possint cognosci p talia signa, seu frigmata z ideo de cōsuetudine est inuentū vt equi
b z iumenta animalia signentur certis signis, quibus cognoscātur.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Os est talis ex tali cicatrice. Adde Ant. Lor. sing. suis in ver. testis, nec dictū testis, vbi alle. istū z eiꝰ practicā hic multū extollit z dixi de hoc in addi. Jac. Reb. hic nu. ij. in ver. z ex tali cicatrice.

b ALEX. ¶ No. z adde quod potest peti exhiberi vt cognoscatur in l. si cuz exhibuisset. ſ. j. de pub. z l. iij. ſ. si quis norali. ff. ad exhi. z Bal. z Bar. in l. iij causas. ſ. ad exhi. Bar. in trac. de test.

LEX IIII.

a SIquis consortium. [a]Hic ponitur oꝛ
do, qualiter qs ad fabricensium oꝛdinem potest connumerare. Not. tex. t. pro
1 opi. Innon. qui dicit † quod quando negatiua est causa alicuius intentionis quod ille qui negat, debet probare. Unde si dico te esse communicatum, quia non soluisti, vel dico, quod non debes audiri, quia non soluisti collectas, ego qui excipio, debeo probare. Ita no. ipse in c. super his. extra de acc. Ly. in l. ij. de iu. emph. videtur pro hoc tex. in l. hoc iure. ff. de ver. obli. z ibi dixi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Vide Bar. z alios in l. illa stipulatiōe, si calēdis, de ver. obli. hoc intellige verū qñ proponit hec exceptio ad mei vtilitatē, secus si ad vtilitatem communis. cui tu teneris soluere, puta quia accuso te principaliter quod non soluisti collectas. quo casu tibi incumbit onus probandi collectas soluisse, vt l. ij. ſ. si ad diē. z l. si ad commeatum. ff. de re mili. Bar. ita dicit in l. illa. de ver. obli. cū quo trāsit Ang. in repe. l. j. de fide inſt. z iure haste fiscalis. z Bu. i c. super his. de accu. licet Bal. in repe. l. cū mulier. ff. sol. mat. teneat contrariū, per rationes satis friuolas, ad quas pōt faciliter respōderi, z maxime ex no. per Jo. And. z no. in c. bone. de elec. el. j.

LEX V.

a URe prouisum. [a]Fabricenses vna cum so
bole debent fabrice seruire, z vnus tenetur pro alio de coꝛpoꝛe. In tex. ibi, numeri, id est, periculum est omniuz, qui sunt in numero illo, vel collegio. In tex. ibi, gerant, id est, solicite aduertant qualiter socij faciant.

1 ¶ † Not. casum, in quo vnus tenetur pro alio. simile in l. fin. ſ. de
2 nauf. Alia similia no. per glo. in l. j. ſ. si plures. ff. de exer. ¶ † Not. arg. pro statutis Florentinoꝛum que dicunt quod vno de cognatione delinquente ceteri teneantur, facit j. de pumip. l. ij. Et ratio istoꝛum statutoꝛum z legum est que hic in tex. ponitur.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde l. sancimus. de pe. vbi post Guido. de Sn. dixi valere statutū q̄ illi de domo teneant pro cōsoꝛte. qz subest causa vt magis abstineāt a delictis. Ita sufficit sola cā. licet nō interueniat culpa eius, qui punitur. c. qm. ſ. si vero. vt lit. nō conte. c. ij. de re iud. De quo plene no. in c. ij. de const. z An. late in cōſ. ix. inc. nobilis vir. do. Ray. facit quod legitur in c. vergentis de her. z in c. in quibusdam. de penis. z in c. felicis. ſ. quod si quis. eo. ti. li. vj. z vide per do. Alex. in repe. l. sepe. ff. de re iud.

LEX VI.

OS qui. Fabricēſes, z eoꝝ vroꝛes z liberi, dum
rante officio vel finito, non possunt, nisi coram prefecto pretoꝛio, vel magistro officioꝝ conueniri. h. d. Opp. ſ. eo. l. ij. nam, si in primicerijs fabroꝝ ibi est speciale, ergo in aliis secus. Glo. non soluit. Hic quod ibi specialiter dicitur hic, extenditur. Vel dicas quod aliud est sensus litere scilicet pro ciuilibus debitis, vel curialibus, quibus molestatur, nullo modo subiacere quod fit per probationem quam fecerunt tempoꝛe ingressus collegij fabricensiuz. vt l. si quis consortium. z non possunt molestari. Et si: no. quod ille probationes, quas tunc fecerunt eis modo prosunt, quod int. Illige si creditoꝛes fuerint citati, vt l. si eo tempoꝛe, ſ. de re. pig. Item op. quod ille, qui est de collegio fabricensium, semper debet illi seruire, vt ſ. l. proxt. Sed hic dicitur quod stipendijs imponitur finis, ergo ꝛc. Sol. intelligas hic impositum finem ex speciali beneficio principis, vt ſ. tit. ij. l. si quis ex coꝛpoꝛe. z j. de colle. l. j. in fine.

LEX VII.

Nullus. Primo prohibet fabricenses aliquas admi
nistrationes, vel agriculturam suscipe
re, & punit dominos, qui eos locarunt, & fabricenses, qui conduxe
runt. ¶ Secundo Imperator loquitur magistro officiorum, &
mandat quod quando necesse est arma transmitti, requirat recto
res prouinciarum, & per suos subditos transmittat, & in hoc eis
angarias imponit, & si in hoc fuerit aliquid tarditatis, eos pu
niat. hoc dicit.

De veteris numismatis potestate. Rub. X.

1 ¶ † Quero quid sit numisma. Dicit gl. quod nummus solidus, &
2 aureus idem sunt, sz hodie aliter obseruatur. ¶ † Quero cui⁹ pó
3 deris debet esse numisma, dicit glo. q lxxij. faciunt libram auri[a]
vt ff. de fusc. & arca. l. quotiescunq; sed hodie aure⁹ quo vtimur ad
3 pondus florentinorū xcvj, faciūt libra auri, vt ibi dixi. † Quero cu
ius forme debet esse numisma. Respōdeo, ibid. eber esse imago pn
cipis, vt l. j. ff. eo. & probat in Euāgelio dicit Christus, Ostendite
mihi numisma, vt videā que imago sit, an Cesaris, an alterius. Ce
tera vero que tanguntur in rubrica, tangam in nigro.

ADDITIO.

a ¶ Septuaginta duo faciunt libram auri. Adde Bul. de cu. in l. il
lud. nu. v. & quod ibi posui in apost. in verſi. libram auri. ff. de sac.
sanc. eccl. & Jac. Rebuf. in l. vna. nu. j. vbi etiam posui in addi. ad ip
sum in ver. libra auri. ff. de arg. pretio quod thesauris infertur, &
Jo. Fab. Justi. de Atti. tu. ff. nos autem. in fi.

LEX I.

1 ☞ Monetam facere quis potest ex principis concessione.
2 Debitum pondus monete est vt tantam vtilitatem afferat in for
ma quantam in specie.
3 Expensa cudendi monetam debet fieri de publico.

Solidos. Clara est in tex. † Quero, quibus licet
facere monetam. Respondeo de iure so
li principi, vt hic. facit ff. de fal. mo. l. j. & ij. hodie ex cōcessio
ne Principis fit a regib⁹, & a multis ciuitatibus, quibus Prin
a ceps concessit, vt no. gl. super rub. [a] † Quero quid vult dicere text.
2 ibi speciei probe & debiti ponderis. Dic quod debitum pōdus est
vt tantam vtilitatem afferat in forma, quantam in specie, scili
cet, vt tantum valeat ille aureus si redigatur ad massam, quantū
3 valet in forma, vt dicit tex. ff. de cōtrah. emp. l. j. † Ex quo sequitur
quod expēsa cudendi monetam, debet fieri de publico, licet Jmo.
aliter dicat in c. quāto. extra de iureiurādo. Quero p quē declara
tur quod est iusti ponderis, & boni auri, respondeo, per illum qui
praest, & positus est a communi, vt ff. de pend. & auri illa. l. j. lib. x.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ An possit cōcedi priuate persone, vt possit facere mo
netā tex. gl. & Sali. in l. fi. ff. de fal. mone. dicit q rescriptū est furre
pritiū q est verū, nisi sit apposita clausula, motu ppio, vel ex cer
ta sciētia, vel nō obstantibus arg. c. fi motu proprio de preb. in vj.
& quod p Bal. in l. eos in prin. de ap. & in l. fi. ff. si cōtra ius vel vti.
pu. & dominus Mar. de laude. in suo tractatu de moneta. in ij. q.
Et adde Bar. in l. ij. ff. j. fi cer. pe. & Lau. in dicto tractatu in vj. q
stio. Item no. ver. expensa debet fieri de publico, vide tamen Bar.
vbi proprie, & in l. Pau. de sol. & d. c. quanto.

LEX II.

1 ☞ Estimatio que ab initio est, non potest decrescere, nisi autho
ritate principis.
2 Pretia rerum quomodo dicantur decrescere, vel accrescere ex
diminutione monete, vel eius augmento.
3 Damnum estimationis mutate monete ad quem pertineat.

Pro imminutione. Minuta estima
tione florenti mi
nuit estimatio rerū, q vēdūtur ad florenos. h. d. Pro de
claratione quero quomodo potest minui estimatio au
reorum. gl. solū authoritate principis vel eius cui princeps con
1 cessit. † No. gl. ex qua habes q estimatio, que ab initio est nō po
test decrescere, nisi authoritate, pricipis vel facietis, cui princeps
concessisset. No. q estimatio que ab initio imponitur monete non
potest decrescere. nisi authoritate facietis, q intellige, vt dicam j.
2 l. proxima. † Sed quero quomodo decrescente estimatione auri
decrescat estimatio rerū cū decrescat, & accrescat p se, vt l. pretia
rerum. ff. ad l. Fal. Resp. vt colligitur ex summario. non enim inte
ligas quod res dentur pro minori pretio, sed dabuntur tot aurei
quot valet. dicitur tamē decrescere eo quod aureus minus valet.
3 † Ultimo quero damnum mutate estimationis monete ad quem
a pertinet. [a] dixi plene in l. Pau. ff. de sol.

ADDITIO.

a ¶ Pertinet. sed ab extra q̄ro quid si quis dedit pecunias ad mer
cantiam dando aurum venetum, & ille volebat reddere argentū &
non aurum q̄ creuerat an salua conscientia possit tenere istā bōa
que accipiens h̄z. & ille dans nescit, vide Fel. in c. ex cōmunicam⁹.
el j. in fi. de her. & quando cudatur moneta, quod tempus inspici
debeat an tempus obligationis vel solutionis. Vide Oldr. in Cf.
xiij. & in consi xxxj. & in cons. cclxix. & quod dixi in apost. in d. c. ex
communicamus, in loco alleg.

LEX III.

2 ☞ † Monetam factam in vna ciuitate, quando quis cogatur eam
accipere in alia ciuitate.

Vniuersos. Omnes aurei debēt accipi equa
li estimatione, & contrafacientes
1 grauissime puniuntur. h. d. ¶ No. quod vnusquisque
debet accipere monetam pro ea quantitate, quam in
bet superior. Sed quero vtrum monetam factam in vna ciuita
3 ſ. qui post. z ſ. de iurament. calum. l. ij. ſ. penult. † regulariter contra. vt l. diuus. ſ. sic z diuus. ff. de custo. reo. Ex hoc patet secundum And. de Baru. quod citatus vt veniat ad iurandum de ca-
4 lumnia, quod si non veniat non habetur pro confesso. † Inter. ibi proprietas possessionis. not. modum loquendi. Nam tantum est dicere proprietas possessionis quantum dominium rei, vt l. cum satis. de agricol. z censi. Et hoc est vtile pro statutis dicentibus quod domini possessionis possunt talia facere. Nam non refertur
b solum ad dominos possidentes, sed ad dominos rei. [a]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Adde quod aliquando per lapsum quatuor mensium. l. cum duobus. ſ. idem respondit. pro socio.

b ¶ Pro confesso. An z quando contumax habeatur pro confesso. vide Feli. in c. cum Bartol. ad fi. de re iudica. vbi plene. z quid in causa criminali. vide Oldra. con. ſi. ij.

c ¶ Edict s Sed quid si statutum disponat. dic idem. quia omnis intelligitur si sit ter citatus. non semel pro omnibus. vt per do. Alexan. in l. absentem. de pe. z Feli. in c. excommunicatus. de her.

b ANG. ¶ † Et hanc legem not. quia per eam habes quod cum
5 ecclesia z Respublica equiparentur. vt not. in l. Respublica. ſ. ex quib. causis ma. z requiritur in ecclesia cessatio biennij. vt emphyteuta possit expelli. vt l. ij ſ. de iure emphyt. quod illud verum est vbi ecclesia non citauit emphyteutam vt veniret ad soluendum canonem. sed vbi citauit, non erit necessarius cursus biennij, sed sufficiet lapsus sex mensium. per hanc l. quod singulariter not. qz pulchra limitatio est. vide in auth. de alien. z emphy. ſ. si vero quis.
ALEX. ¶ Vide Joan. And. in c. quoniam. ſ. quod si super. vt lite non contesta. z que dixi post Barto. in l. si fur. ff. de vsufr. z in terminis Specu. in titu. de probat. ſ. videndum verificu. sed pone statutum. z Bal. in l. ij. ſ. locum. de relig. z sum. Et quid veniat appellat. one proprietatis. vide Bal. in l. pen ſ. si a non comp. ind. Et adde Jo. And. z domi. Anto. in d. c. quoniam frequenter. ſ. quod si super. vt lit. non contest. z quod not. Bald. in l. sciendum. ſ. sed etiam. cum seq. qui sat. cog.

LEX XII.

Nec diffinitione. Ad tributa predij steriles nullus possidens fertilia adstringitur, nisi postquam fuerit assecutus. hoc dicit.

LEX XIII.

Omnium. Domini prediorum debent requiri vt soluant tributa contracta, z ipsis cessantibus assignantur volentibus soluere. hoc dicit. Et not. hanc legem in emphyteuticis, in quibus sunt predia tributaria: Nam si domini non soluant tributa, incontinenti possunt predia aliis assignari.

LEX XIIII.

3 ☞ Res descripta in meo estimo presumitur mea.
4 Confessio erronea vel falsa solutis expensis corrigi potest, si causa erroris sit probabilis.
Assertio facta in libello, vel exceptionibus, an possit corrigi.

Rura z possessiones. Si curialibus patientibus, et apud acta fatentibus predia esse alicuius, z tributa quis soluerit, apud soluentes remanet perpetuo dominiũ prediorum,
1 z nulla repetendi datur licentia. † Et not. hanc legem contra fratres, qui fecerunt se in instrumentis emptionum tantummodo nominari, z postea predia fecerunt in catastro conscribi eis, z fratribus, z sic communiter tributa sunt soluta. Nam pro hoc est fratribus dominium acquisitum sicut ipsis, quos tenet instrumenti designat. Pro quo facit ſ. de dona. l. censuales, z not. per
a Lyn. ſ. de rei vend. l. solennibus. [a] † In text. ibi, apud acta. Hot.
2 quod licet confessio extraiudicial s. qua ego confiteor dominum rei mee esse tuum, non preiudicet mihi, vt l. cum falsa. ſ. de iur. et fac. ign. tamen secus in iudicio, licet ista sit confessio falsa, per hãc
b l. [b] † In gl. hac lege ibi, non potest corrigi. hec est verum, [c] nisi sit
3 erronea confessio, vel falsa, z causa erroris sit probabilis vel iusta,
c vt l. interrogatam. ſ. de libe. cau. z ff. de confes. l. cum fideicommissum, z de interroga. ac. l. confessionibus. z facit ſ. de dec. l. si ille. et tunc non admittitur erroris correctio, nisi refectis expensis, si iudici videbitur, vt l. edita. ſ. de eden. cum sua gl. Et not. bene an assertio facta in libello precum, vel exceptionis, possit corrigi.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Adde Bal. in l. solennibus. in prin. ſ. de rei vendi. z Roma. in litera. d. no. lvj. z in consilio Bal. vbi dicit quod apponens aliquod signum rei quod videtur esse commune, si signum sit commune. Idem dicit in l. si patruus. ſ. communia vtrunque. z facit in rub. 10. z nigro. vt nemini licet. z vt nemo priuatus tu. et Bartol. in tracta. de insignijs z armis. z in materia estimi. vide quod dixi in l. ſi. in fi. de predijs nauicular. Nicola. de Neapoli per gloſſam hic dicit, quod interlocutoria redacta in scriptis nõ pot reuocari per iudicem. Simile dicit in teste, quod hoc licet alias possit se corrigere, tamen dicto suo in scriptis redacto non licet. Facit gl. in c. apud miserabilem. xxxij. q. j. que dicit quod confessio redacta in scriptis reuocari non potest. Sed certe Nicolaus videtur male dicere, qz glo. hic non dicit quod dictus Nicolaus, Scõs. qz istud est contra tex. in c. cum cessante. de appella. ibi, ne processus negotij friuolis occasionibus retardetur. que rõ cessat, siue interlocutoria sit redacta in scriptis, siue non. Cogita tamen.

b ALEX. ¶ Vide que dixi instit. de act. in ſ. sic. itaque. Paul. de Ca. in l. seruitutes. ſ. de testamen. n. illita. vbi dicit, quod in dubio presumitur pro matricula. z quod per eam quis presumatur quasi in possessione, vt ibi per Bal. z Sal. z hoc alleg. Pau. de Ca.
3 ibi, quando presumatur pro estimo, † quia si aliqua possessio descripta est in estimo meo. presumitur mea alleg. l. fi. cum glo. z ibi Bar. de predijs naui. ſ. cum ibi notatis per Bal. in l. seruitutis. ſ. de don. z quod no. in l. cum possessor. ſ. j. de censi.

c ¶ Hoc est verũ. Tu vide de hoc Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra falsam. ſ. confessiones. nu. xxxij. versi. pro veritate. z ibi possint. habes multa singularia de hac materia extra de proba.

LEX XV.

Si quis deserta. Ad euidentiam scias quod quedam predia erant adscripta nauicularie functioni, vt ſ. de predi. naui. per totum. z dicta predia erant etiam tributaria. Et ideo si dicta predia efficiuntur steriliа, z deserta, alicui adiungentur, ille autem solum ad nauiculariam functionem, et non ad tributa tenebitur.

LEX XVI.

Si quis authoritate. Accipienti fundum patrimonialem sterilem sub certi canonis annui prestatione, non debet augeri canon ex melioratione. hoc dicit. ¶ Hot. hãc l. contra insatiabiles prelatos, de quibus vidistis in l. cum satis. ſ. caueant. de agr. z censi. in. l. j. in qui. cau. coloni.

De fundis limitrophis, & terris, & paludibus, & pascuis limitaneis vel castrorum. Rub. LIX.

LEX I.

Tyberianus. Ad euidẽtiã scias quod quidam prefectus, qui vocabatur Tyberianus, statuit quasdam possessiones quibusdam militibus custodientibus limites Imperij, quando deferebantur frumenta, hoc statutum hic confirmat Imperator, z iubet in perpetuum obseruari, mandatque quod rescripta in contra-
1 rium impetrata nullius sint momenti. hoc dicit. ¶ † Et hoc est optimum argumentum secundum Andre. de Barulo contra potentes existentes in curia Romana, vt rescripta impetrata ab eis ipso iure sint nulla, quando inferunt hec aliqui preiudicium

cium, Et hoc patet ex litera que dicit, quicquid vel potentiam vniuscuiusque.

LEX II.

1 ☞ Castrum non potest teneri intra territorium ad emulationem vel castrametationem alterius.

QVicunque. Iu limine Imperij nullus debet esse castelli detentor, nisi is solus, cui per Principem detentio est commissa, contrafacientes pena hic inserta puniuntur. hoc dicit. Et not. hanc legem contra tenentes castra in finibus territorij Perusij. Nam coguntur ea relaxare communi cum eorum territorijs, nisi permissu ciuitatis sunt eis concessa, vel per tempora vetusta possederint, quia tunc talis vetustas pro lege habetur, vt
a l.ij.ff.de aqua plu.arcen.in prin. a ☜ Et Jn alijs autem locis quam
1 in finibus bene est licitum possidere castellum, vt l. si legatum. §. fina.ff.de oper.pu.nisi tale castellum teneatur ad emulationē vel ad castrametationem, vt l. per prouincias. de edifi. priua. hoc tenet glo.hic, & vide Jnn.in c. Pisanis.de resti.spol.

ADDITIO.

a ALEX. ☜ Adde Barto. & quod ibi scripsi in l.opus nouum. de decretis ab ordi.fac.in fi. vide gloss.in l.per prouincias. hic ali leg. & in l.opus.de oper.publicis. vide gloss.in rub.de metallarijs, & Ang.in l.cum eo.de serui.ru.predio. Et qui possint petere vt destruatur castrum factum ad emulationem. Jnno.in c. Pisanis.de rest.spolia.

LEX III.

ABos. Agri limitanei donec per milites possidentur, sunt a tributis immunes, si tamen
1 alienati fuerint lege prohibente vendicantur, non obstante longi tempo. prescriptione. hoc dicit. † Not. hic casum, in quo nulla currit prescriptio. Alios casus habes not. in gloss. in versicu. cessante. quod est vtile ad instrumenta dotalia, in quibus nulla currit prescriptio ex forma statutorum. de qua vidistis in l. cum satis.de agri. & cen.fi. & in l.si quis decu.de decu. & in aut.b. vt de cetero.commu.eccl.rerum. §. nunc autem. Not. tamen glos. que
a alle. omnes leges de hac materia loquentes.a

ADDITIO.

a ALEX. ☜ Vide Angel.in aut. vt de cetero.commutatio. qui dicit quod hoc casu currit prescriptio centum anno. per illū text. & adde Ange.in auth. vt eccle. Romana. vbi querit an pactū fieri possit quod non currat aliqua prescriptio. & idem, vt de cetero commu. vbi ponit an possit fieri per statutum. Et vide quod scripsi post Bart.in l. sequitur. in §. si viam.ff.de vsucap. & adde quod sicut non currit prescriptio contra instrumenta dotalia. ita non currit contra instrumenta finis dotis. Ange. in l. exigere dotem. ff.de iudi. & ita dicit plures obtinuisse.

De pascuis publicis, vel priuatis. Rub. LX.

LEX I.

CUm nulla. Hec lex dicit quod si aliquis cōduxerit pascua publica, vel etiam Principis pro certa annua pensione oppositio pacto quod ibidem possint depasci publica animalia, seu Principis, quod si postea talis conductor vult soluere maiorem pensionem, ad hoc vt dicta animalia ibi depasci nō possint, quod non
1 potest, nec hoc debet ifti permitti, hoc dicit. † Et not. argu. ex fin. huius. l. quia si officiales deputantur ad vendendum gabellas cōmunes, quod omne pactum initum per istos officiales cum emptoribus gabellarum contra solitum modum vendendi est nullum, quia intelligitur eis concessa potestas vt vendant more so-
a lito, & non aliter.a

ADDITIO.

a ALEX. ☜ Tempus solitum vel non solitum hic positum. aliter intelligitur. Vide Barto. in l. Mela. §. j. de ali. & cib. le. & in l. fi. quomodo, & quando in. vbi dixit quod refertur ad actum proxime precedentem. Vide quod in simili dixit gl. in l. ij. supra de epis. & cop. aud. que loquitur in verbo, consueto. quod verbum refertur ad duas vices. Alber. & Bald. Secus vero in verbo, solito, quod verificatur in prima vice, vt dixi per dictum Barto. in d. l. j. quod sequitur. Fulgo. in auth. sed nouo iure. supra de seruis fugit. vbi dicit pro hac esse casum in l. Mela. in versi. sed alimēta, licet in contrarium videatur facere tex. in l. filium. de leg. ij. Sed dic quod illud prouenit ibi ex voluntate testatoris, & illud quod dicitur consuetus, probat per binum actum induci, est verum in consuetudine hominis, non mulieris, quia mulieres non possunt facere, nec inducere consuetudinem, dictum Bartol. vbi text. supra de legi.

LEX II.

JNsignijs. Hic mandat Imperator magistro militum vt animalia militum non dimittat pascere in publicis pratis, quod si non curauerit obseruare vna cum eius officialibus, in xij. libris auri puniatur. que pena ponitur etiam deuastātibus prata priuatorum. dicit tamen quod prouinciales debent prouidere, in quo loco animalia militum sine damno prouincialium. depascantur. hoc dicit. Et no. l. contra deuastantes prata publica. & est hec lex vtilis pro militib. Imperatoris descēdentibus ad partes Tuscie, vt possint petere a Tuscis, vt assignentur eis prata,
a in quib. possint eorum equos pascere. a Not. istum text. milites deuastantes prata. Adde do. Mar. de Lau. in tract. de princ. in tit. de milit. in xiij. conclusione. sed qui si Capitaneus reseruat dānum datum a militib. suis damnum passo. an poterit ei computare in suo salario? Dic quod non, iuxta not. per glos. in l. ex male fi cijs. §. is quoque. de acti. & obli. & in l. j. §. plures. de eo per quem fecerit. & not. d. Mar. de Lau. in conclu. xiij. Sed quid si non sunt prata, sed frumenta in herbis deuastata, possit hac pena agi ac si deuastata prata essent.

ADDITIO.

a ALEX. ☜ Ego ex dictis Barto. in l. certe. ff. arbi. fur. cesa. colligo quod non. Nam dicit quod damnum debet estimari quātum possit vendi, dubius euentus illius frumēti quod pascuatum est argumen. l. propter spem. ff. fa. ercti. ita dicit do. Jac. de Aret.

LEX III.

1 ☞ Milites non possunt cum eorum equis stare in pascuis publicis, vel priuatis.

PRata. Prouincialium prata non debent fatigari molestia militum Principis. hoc dicit.
1 ☞ Sic facit hec lex contra † stipendiarios communis Perusij, quod non possint stare cum eorum equis in pascuis publicis, vel priuatis.

De fundis patrimonialibus, & saltuensibus, & emphyteuticis, & eorum conductoribus. Rub. LXI.

LEX I.

1 ☞ Emphyteuta ecclesie vel priuati, possunt domino irrequisito rem emphyteuticam donare, non tamen vendere.
2 Conducens rem a fisco in perpetuum, tenet locum domini, & vendere potest.

QVis. Accipiēs fundum fiscalem in emphyteusim perpetuam, ipsum donare pōt, etiam irrequisito fisco. h.d. Sicut aūt donare ita vendere possunt. q. tales emphyteute tenent locum dominorum, † sed secus in emphyteuticis ecclesiarum vel priuatorū, q. licet possint do-
1 nare fundos domino irrequisito, non tamen vendere, vt l. fi. §. de
2 iur.emp. Et ita tenet hic gl. pen. ☜ † Vltimo scias qō ille qui conducit a fisco in perpetuum, tenet locum domini, & ideo potest ven-
a dere, vt no. gl. in rub. §. eo.a

ADDITIO.

☞ Pro concordia. Aduerte qō Barto. in l. fi. C. de iur.emphy. & in l. si domus. §. si. ff. de leg. j. tenet quod donari vel legari non potest res emphyteutica sine consensu domini, sed contrarius allegat in hac l. j. de fund. pat. & in l. conuentionibus. ff. de verb. sig. Tu dic si bene consideretur Bart. vbiq; soluit qō prima opi. procedit in emphyteusi priuata. Ratione reddit, q. tunc nimis grauaretur dominus, q. esset opus quod dominus ageret rei vendicatione cōtra possessorē, cum nullam obligationem personalem haberet, cum nullus sit initus contractus inter dūm, & possessorē. Sed in casu huius l. j. est speciale. & Bar. vbiq; si videatur dat istam sol. q. tunc in isto casu cessat ratio predicta in hoc casu singulari, & in epte allegatur in d. l. in conuentionalibus.
a ☜ Limita vt in l. fi. §. de iur.emphy. & ibi Bar. & in l. si domus. §. si. de lega. j. & adde c. potuit. de loca. Quid in concessione vsusfructus, an possit alij concedi sine consensu domini? Bal. in d. l. fin. §. de iur.emp. alleg. tex. quod sic, in l. j. §. ité in fundo. quibus modis vsusfruc. amit. facit. q. etiam ibi non loquitur an possit facere sine consensu domini emphyteuta. puto cōtrariū verius per regulam l. fi. §. de rebus eccl. non alie. vbi prohibita alienatione prohibentur & vsusfructus constituti.

LEX II.

1 ☞ Minori non soluenti vectigalia principis, pro eius fundo patrimoniali non currit prescriptio.

PAtrimonialis. Si pro re patrimoniali emphytentica, tempore debito soluta pensio non probatur minori, ipso iure non infertur damnum vel pena sed tutori, & curatori in solutione cessantibus. h.d. † Nec est contra. ff. de mino. l. si ex causa. §. si in commissum. & ff. de pub. l. Imperatores. §. fin. ibi minori currit tempus, sed potest restitui, quia ille leges loquuntur quando minor debet soluere vectigal fisco. hic qñ principi, ex eo quod prediũ erat Principis, licet alias omne priuilegium quod datur fisco est Principis, & Auguste solent habere, vt no. supra de iure. fis. in rub. ¶ Item non ob. §. de fide instru. & iure hast. fis. l. quicunq; vbi res incidit in commissum, & nõ restituitur, quia ibi similiter erat fisci & venditio rei minoris erat facta hic, cum debitum erat principis, & res minoris non erat districta, vt hic tenet gl. ¶ † Per hoc patet, quod cum omnia vectigalia communis Floren. ex commissione Principis sint licita, quod si minor cessauerit soluere vectigal, quod dicitur Principis, multo magis non incidit in penam, sicuti non incidit in penam non soluendo vectigal quod debetur ipsi ciuitati, & hoc est verum, nisi ciuitas super hoc legem propriam haberet, quia tũc minori curreret præscriptio statutaria licet posset restitui, vt patet in c. constitutus. de in integ. resti.[a]

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde Bar. in l. Imperatores. ff. de publi. Et in ea, in fin. sicut per rescriptum non potest auferri[a] directũ dominium, ita nec vtile. Pro hoc est text. ibi, & Bald. in c. j. de nau. fe. & in c. j. de noua for. fidel. Sed dubiũ in hoc facit, quia licet princeps non possit tollere dominium de iure gentium, tamen quod est introductum de iure ciuili. potest etiam sine causa, vt no. Bald. in l. rescripta. §. de precib. impe. offe. per Pau. de Cast. ibi, & alleg. ibi. in rub. ff. si cert. pet. in fin. sed dominium vtile videtur hominis, scilicet de iure ciuili, quia iste dne sine dubio sunt inducte de iure ciuili, scilicet emphyteusis, & vsusfructus, vt in l. ij. in princ. §. de iur. emph. Sed respondeo quod licet forma, & nomina sint inducta de iure ciuili, tamen traditio que fit que est actus iuris gentium conseruat sibi effectus directi dominij, & ita declarauit Bart. ad alium si. in extrauag. quoniam nuper. in versic. rebellandi, in versic. item quero quid de dominio bonorum.

LEX III.

a ☞ Dominium vtile mihi sine causa auferri non potest, sicũt nec directum.

QVicunque Emphyteuta ob sterilitatẽ potest remissionẽ mercedis impetrare, & rescriptum in contrarium impetratũ per obreptionem, non valet. ¶ Item fundus fiscalis concessus in emphyteusim perpetuã ab emphyteuta non potest euelli, licet alius offerat meliorem conditionem. h.d. † Et not. hic casum
1 a quod propter sterilitatem non petit remissionem,[a] licet secus sit in colono. Sed an hoc sit verum simpliciter, dic vt not. in auth. de non alie. §. hoc igitur increpans, & per Petr. de Bella perti.
2 eodem titu. §. quia vero Leonis. In text. ibi, sed nec, &c. ¶ † Not. quod ab emphyteuta perpetuo non potest res euelli, licet alius
3 offerat meliorem conditionem. ¶ † Item quia per hanc l. patet, sicut dominium directum nõ potest auferri mihi per rescriptum absque causa, vt not. supra de fid. instr. & iure ha. ff. l. quecunque.
b nec etiam vtile, vt hic.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Remissionem. Ad quam materiam vide Petr. de Anch. in c. potuit. de loca. vbi etiam Joan. de Imo. & Lap. & Sali. omnino in l. j. de iure emphy. & Ang. in auth. de non ali. §. lex itaq; & Rich. Malumb. in d. l. j. & do. Alex. de Imo. in consi. vj. ij. part. & in cõsi. xxvij. nũ. parte. & Pau. Ardizo. in consi. incip. vtrum emphyteuta. &c. Adde Jac. Reb. in Lommũ. nu. j. & quod ibi posui in apost. ad ipsum in versi. sterilia. §. de omni agr. deserto. & Cano. in capit. propter sterilitatem. & ibi Barb. extra de loca. & eundem Barb. consilio suo incip. scripsit propheta.

b ALEX. ¶ Not. ad hoc Bald. in l. j. supra de iure emp. & vide Ange. in auth. de alie. & emphy. ibi qui primo iurauit non alienare, qui sentit contrarium eius quod hic dicit bar. loquitur tamen indistincte in sterilitate, que secuta est propter guerram vel mortalitatem.

LEX IIII.

a ¶ ☞ Ecclesia potest concedere fundum in emphyteusim cum pacto quod non incidat in commissum, licet emphyteuta teneatur ad canonem.

FVndi. Si fundi patrimoniales Principis in emphyteusim conceduntur appositio pacto, vt ratione canonis non soluti non incidant in cõmissum, ob hoc non releuatur emphyteuta a solita canonis prestatiõis.
1 hoc dicit. † Et not. text. ex quo patet quod cum ecclesia, & fiscus
a paribus passibus ambulent, vt l. fin. de sacrosan. eccles. † quod sicut fiscus potest concedere fundum in emphyteusim pacto apposito, vt non incidat in commissum, ita etiam ecclesia. ¶ Secundo habes quod per istud pactum non tollitur, quin emphyteuta
a teneatur ad canonem.[a]

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde Bald. in l. ij. supra de iur. emphy. & ibi etiam per Barto. Alexand. Ecclesia potest dare in emphyteusim cum pacto quod non incurrat in commissum. quod not. pro cõsulendo illis qui accipiunt ab ecclesia Neuãdulana. Sed posset queri an tale pactum valeat. Et videtur tenere Bald. in l. ij. supra de iure emphy. vbi simpliciter loquitur non faciẽdo mentionem de fisco vel ecclesia & videtur tenere quod valeat. Ad hoc bene faciunt not. per Bald. insti. de vsufr. in prin. in versic. ne tamen. quod non valeret rescriptum superioris sic concedentis, vt not. Bald. in l. si a te. de pac. inter emp. & vend.

LEX V.

IQui. Suscipiẽs a perequatore fundum desertum, ipsum perpetuo possidebit. hoc dicit.

LEX VI.

HIquibus. Donatarius principis rem sibi donatam possidet inconcussam, & eam in alium potest transferre. hoc dicit.

LEX VII.

1 ☞ Satisdare qui tenetur ex forma statuti antequam accepet officium, si est idoneus, statur eius cautioni cum generali hypotheca.

QVicunque. Accipiens in emphyteusim a fisco debet cauere de non deserendo sub hypotheca omnium bonorum suorum, vel satisdare tenetur. quã satisdationem si magistratus omiserit, ad suum
1 redundat periculum. h.d. † Et est arg. quod vbi ex forma statuti aliquis tenetur satisdare antequã acceptet officium alicuius protestarie, quod si est idoneus, credetur soli cautioni cum generali
a hypotheca bonorum suorum.[a]

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde quod not. Bal. in l. abstinendum. supra quo appel. non reci. & quod no. in l. pretorie. ff. de pacto. & in l. j. qui satisda. cogan. & istud dictum sequitur Pau. de Cast. in l. diuortio. §. sed interdum. so. mat. vbi etiam pro hoc alleg. quod legitur et not. in l. de creationibus. supra de episco. aud. contra hoc tamen faciunt not. per Ang. in l. j. ff. de lib. & post. & Adde Pau. de Cast. in l. j. qui sat. cog. & quod idem not. in d. l. pretorie. circa princip. de pacto. & in. Et etiam similiter facit in contrarium text. cum gloss. in l. mulier. §. de iur. dot. nisi dicas quod ibi debet intelligi quod tutor erat diues, non tamen in tantum quod sine fideiussore diuitie sue essent in dãno sibi inspectis facultatibus populi. Aler. Si statutum dicit quod satisdetur in persona idonea. sufficit nuda promissio bonorum. Adde Bal. in l. ij. in fi. de exe. rei iu. Item Pau. de Cast. in l. j. ff. qui sat. co. vbi dixit per istum text. quod nulla satisdatio. etiam pretoria. vt damni infecti, quorum legatorum, &c. est prestanda ab eo qui est manifeste diues, sed sufficit sola promissio sub hypotheca bonorum suorum. Ad idem alleg. l. de creationibus. §. de episc. aud. Ad idem dixit Paul. de Cast. in l. diuortio. §. interdum. ff. sol. ma. vbi idem dicit. Si ex forma statuti tenetur quis satisdare. vel prestare fideiussorem. Adde bo. text. et ibi gloss. in l. si mulier. ff. de iure dot. & text. in auth. cui relictum. §. de indi. vi. tol. & in l. j. propter amplissimas facultates. de cust. reo. & in l. j. §. magistra. ff. de magistra. conue. & ibi Bal. Et in materia adde quod per hoc non procederet dictum Bald. in l. generaliter. §. de episc. & cler. vbi dicit quod iudex tenetur in sindicatu si non recipit idoneos fideiussores. Nam fallit nisi esset idoneus diues, & idoneus. per predicta, quia tunc non tenetur in sindicatu etiam si minus idoneum recepisset. quod no.

LEX VIII.

1 ☞ Exceptio introducta per statutum quod quis non debeat audiri, impedit litis ingressum.

OMnes. Fundi limitrophi militibus assignati, et per rescriptum principis, vel annotationem in emphyteusim, vel iure dominij, in alium transferri
1 non possunt, & translati reuocantur. h.d. † In text. ibi. penitus audiatur. Not. ex hoc. quod exceptio introducta p statuta. quod quis non debeat audiri. impedit litis ingressum, vt hic, & supra, de legib. l. leges sacratissime.

LEX

LEX IX.

VNiuersi. Ad euidentiam scias quod si alicui fundus patrimonialis tanquã fertilis a Principe assignatur, quod perequator potest ei fundum sterilem assignare. Modo Imperator fecit hic differentiam an quis accipiat fundum patrimonialem a Principe vel a priuato. Nam si accipit a principe directo potest perequator sibi sterilem assignare, sed si a priuato, secus, tamen talis accipiens debet soluere fisco canonem annuum.

LEX X.

FUndos. In hac lege dicitur quod si fundi patrimoniales fertiles aliquibus sint cõcessi, & steriles non, perequator debet sterilia fertilibus cõgregare, vt sic omnium pensio prestetur, & diuisio fiat sterilium equa lance, & fertilibus congregentur.

LEX XI.

IUs emphyteutici. Hec lex diuiditur i duas partes, vt patet in litera. Et prima legitur tribus modis. Primo modo in gl. j. huius l. alijs duobus modis. in gl. viti. secundum primam lectu. istud principium breuiter, h. d. Pensio emphyteutici prędij fisco debetur per emptorem, non obstante pacto quod venditor soluere debeat, nisi Principis iudicio fuerit firmatum, h. d. Verba autẽ litere exponе, vt j. dicam, & hec lect. placet, & est vera, & not. Et qua habes quod † possidens fundum patrimonialem, vel fiscalem ii ipsum vendit apposito pacto quod ipse teneatur canonem soluere, & non emptor, tale pactum nullam obligationẽ inducit, quoniam ins percipiende pensionis est immutabile nisi fuerit firmatum Principis iudicio, et secundum dictam lect. exponе verba hoc modo. Jus, id est, pẽio, sine obligationis vinculo, ideo dicit sine, quia non inducitur obligatio quod venditor teneatur ad solutionem pensionis, & nõ emptor. Retẽtum est, id est retẽta, immutabile, id est immutabilem, subaudi, nisi talis pactio Principis iudicio fuisset firmata, vt in litera patet. Alie vero lecture que ponuntur in gl. viti. recipiunt potius vltimum dictum quam principium huius legis. Possessionem, hec est secũda pars huius legis, & legitur tribus modis. Primo modo qui emit prędium patrimoniale emphyteuticum, non iuuatur ex vetustate temporis, quo vẽditor soluit canonem, quo minus ipse soluere teneatur. Secundo modo legitur quod ille, qui possidet prędium emphyteuticum nõ emit, nec in eo habet aliquem titulum, sed ipsum prędium vitiose quesiuit, & ideo nõ iuuatur vetustate temporis, quin ipse canonem soluere teneatur, licet non soluerit, & secundum istam lect. verbum vitiose, est adiectiuum nominis possessionis, q. d. vitiosa possessio, que sine obligatione & titulo fuit, non iuuatur temporis vetustate. Secundum vero secundam lect. est adiectiuum nominis vetustatis, q. d. possessio acquisita sine obligatione, id est pacto, de qua fit mentio in prin. legis, quod emptor non teneatur soluere pensionem, que pactio non parit obligationem, vt dictum est, nõ iuuatur vitiosa vetustate temporis, quo minus emptor teneatur soluere canonem, licet per vetusta tempora non soluerit. Tertio modo legitur hic versi. secundum Aso. quod non loquitur de prescriptione libertatis contra prestationem canonis, sed quod loquatur de iure ipsius iuris emphyteutici, vt ipsius ius non prescribatur lõgo tempore, scilicet, xxx. anno, quando non soluit canonem, certe possum agere contra eum in rem, non obstan. exceptione prescriptionis. Sed lectu. ista reprobatur per Accur. quia non est verum quod hec lex loquatur in fundo priuati emphyteutico, sed in fundo patrimoniali loquitur. Et istud apparet, quia in rub. dicitur de fundis patrimonialibus, & sic hec lex videtur loqui de eis, ff. de in diem addict. l. Imperator, & quelibet istarum posset esse vera propter plenitudinem litere, & secundum omnes lectu. hec lec. breuiter hoc dicit. Emens fundum emphyteuticum patrimonialem, non immutat suo pacto ius prestande pensionis, quam eam soluere teneatur, nisi fuerit principis iudicio confirmatum, etiam si per vetusta tempora non soluerit emptor. Item habens ius prędij emphyteutici non perdit vetusto tempore. Hoc dicit secundam vnam lect. ponitam in gl. ol. ii. ibi, nam in rub. &c. † Ad. quod lex
2 debet intelligi secundum materiam tituli vbi est ponita, & est casus in l. Imperator. de in diem addict. Quod autem hec litera dicit, ius prestandi pensionem non prescribi longo tempore intelligi nisi ex aperte dixerit xl. anni, vt j. l. ii. de fun. rei priua. l. fi.

ADDITIO.

3 ANG. Ho. †, ex hac l. quod vitiosa obligatio vetustate temporis non iuuatur. ALEX. Et sic facit quod tollens longam prescrip. non dicitur sustinuisse prescriptionem xl. anno. secundam Bar. in l. cum scimus. ff. de agri. & cens. & idem tenet Bald. in c. j. ij. prescr. & c. cap. Conrad. sed in l. j. ff. ne rei dominii, vel tẽpl. & in l. non solum. de vsuc. tenet contrarium quam opi. sequitur Roma. in rub. de orbi. per l. hoc iure. ff. doctus aque. ff. de aqua, quot. & esti. sed pro opi. Bar. facit quod dixit Angel. in l. ij. ff. interdictum hoc perpetuum. de itine. actuque priua. per gl. ibi positam, videlicet si statuto cauetur quod contra instrumentum guarentigionatum nulla possit oppoi exceptio prescriptionis, quod nihilominus equitate suadente poterit opponi prescriptionis exceptio centum anno. Et vide que dixi in l. si quis decurio. supra de decur.

LEX XII.

1 ☞ Emphyteuta quod habeat vtile dominium.
2 Emphyteuta non tenetur emere a domino iure dominij per allodium.

POssessores. Emphyteute fundos patrimoniales per allodium emere non coguntur dominium vero vtile habent, si a principe vel alio quocunque titulo acquisierint. h. d.
1 † Ho. hic casum expressum, quod emphyteuta habet vtile dominium, * vt in fi. patet. In alijs vero legibus non dicitur quod em-
a phyteute sint domini, sed habent in rem actionem. C † Ultimo
2 videtur hic casus quod emphyteuta non cogitur emere a domino iure dominij per allodium, vt hic in fin. concor. ff. de iure deliberan. l. nec emere. cum similib.

ADDITIO.

a CHabet vtile dominium. Adde gl. ordina. in l. cum manu sata. ff. nemo. ff. de contrahen. emptio. & vendi. & Bald. ff. in rub. de in. emphy. & in rub. ff. de contrahen. emph. & vendi. q. ff.

LEX XIII.

NUlli. Prędia patrimonialia, hic nominata nõ possunt alienari in alium, pena contra facientibus imminente. h. d. Et est localis hec lex, vt dicit gl. Regulariter autem prędia patrimonialia emphyteuticaria possunt alienari, vt ff. l. ius emphyteutici.

LEX XIIII.

1 ☞ Canonis prestatio prescribitur spatio xl. anno.
4 ☞ Prędium dominicum vel templorum etiam cum beneficio principis non alienatur cum pacto, ne canon soluatur.

a IUbemus. [a] Qui per xl. anno. fundum patrimonialem, vel templorum vel alterius iuris cum titulo vel sine possederit, nullam pro ipso molestiam, controuersiam, vel questionem pati potest, si solnat canonem debitum. Si vero a principio probet titulum possessor, ademptо canone a principe prędium fuisse sibi concessum a cas-
1 nonis prestatione securus est. h. d. † Et sic non ob. ff. c. l. ius emphyteutici, qui dicit prestationem canonis non prescribi vetusto
2 tempore, quia nõ xxx. annis, vt ibi, sed xl, sicut hic. † In tex. ibi, vel locorum no. contra Rempub. & contra templa prescribi spatio xl. ann. hoc est verum, secũdum hec iura, in quolibet templo, sed hodie fallit in ecclesia Romana, vt auth. quas actiones. ff. de sacr. sanc. eccle. & in corpore vnde sumitur. Item hoc verum in rebus emphyteuticis templorum, alias contra, vt ff. ne rei dom. vel tẽpl.
3 † In tex. rei corporalis. Ho. quod dicit corporalis, & j. subnectit possessionis, & sic apparet, quod hic loquitur de corporali possessione, & appellat hic corporalem possessionem naturalem annexã cum ciuili, quod apparet, quia ex eo resultat prescriptio, vt hic, cum ex sola naturali non possit resultare, vt in l. acquiritur. in fin. ff. de acquir. rer. dom. Unde non videtur vera doctrina dicentium quod possessio corporalis est illa, que parit effectum, id est domi-
b nium, id est fructuum acquisitionem. [b] Nam hic erat corporalis possessio, & tamen effectum parit dominij, & ideo dicas prout glos. dicunt quod non reperitur possessio corporalis separata a natu-
4 rali, sed quod duplex est possessio, scilicet ciuilis, & naturalis. † In tex. ibi, hoc etiam, &c. per hunc versi. patet quod prędium dominicum vel templorum, etiam cum Principis beneficio, non alienatur cum pacto ne canõ soluatur. Expressius probatur j. de fund. rei priua. l. ii. nisi tale beneficium spatio xl. anno. fit confirmatum,
5 vt hic. † Et aduerte bene, quia si non soluatur canon, non prescribitur spatio xl. anno, nisi duobus concurrentibus. Primo, quod possidens acquisierit rem cum titu. Secundo, quod tempore acquisitionis Imperator concesserit quod canon non soluatur. Nam si post acquisitionem prędij tale beneficium concederetur, tunc prescriptio xl. ann. non procederet, vt no. hic in gl.

ADDITIONES.

a ALEX. CHanc legem alleg. glo. in l. emptorem, ff. de loca. quia licet dicatur quod emptor cogatur stare colono, hoc verum, nisi

conduxisset a domino ad modicum tempus. Cui adde tex. in l. j. §. cui autem, & ibi Bart. de superficie. & vide alium casum in quo tenetur stare colono. in l. in venditione. §. j. de bo. auth. iudi. pos. & ibi alium casum posui post Bar. Item in seq. versi. in text. ibi, vel locorum. habetur in auth. quas actiones. de sac. sanc. eccle.

b ¶ Acquisitionem. Adde Pau. de Ca. in l. Julianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. & Lyn. in l. certum. C. de rei vendi. & do. Alex. de Imo. in l. iij. §. ex contrario. vbi etiam vide Bar. versi. quero que possef. ff. de acqui. pos. & do. Alex. consi. xxxiij. iij. part.

De mancipiis, & colonis patrimonialium, & saltuensium, & emphyteuticorum fundorum. Rub. LXII.

LEX I.

a ¶ Locato castro cum territorio, & terreno non censentur locata loca syluestria, ad culturam penitus inhabilia.

b Colonus, qui facit cultiuari arbores vel vineas per inexpertos, si predia ex hoc efficiantur deteriora, tenetur domino.

EMphyteuticarios. Si villa locata in emphyteusim conceditur, non potest colonus vsurpare totum territorium eiusdem, & vniuersas aquas, & fontes, sed fructum debet percipere de his, in quibus cultura requiritur, et vti aqua quatenus ad culturam necessaria est, reliquum vero cedit emphyteute. h. d. [a]Et † sic videtur casus hic, quod si dominus

a ville vel castri, locauit alicui vilam vel castrum cum territorio et

b terreno, non videtur locare pondera & alia loca syluestria ad culturam penitus inhabilia, nec fontes nec riuos aquarum, nisi quatenus aqua est expediens ad culturam, & ideo de residuo aque poterit vti & collibus & poderijs, vt hic. Vltimo gl. hanc legem inducit contra doctorem seu magistrum, qui nimis facit scholare pro se legere. ¶ Item contra scriptorem committentem alicui scribere pro pecunia. In text. ibi, culturis erudierunt. Not. text. contra

a † colonos. qui faciunt cultiuari arbores vel vineas, vel arari terras per ineruditos in cultura. Nam si predia ex hoc sint effecta

b deteriora tenentur dominis, [b]quia imputatur eis cur ineruditos miserint ad culturam.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Ludo. in l. litera. l. no. iij. alleg. istum text. ¶ Item versi. & sic videtur, vide domi. Mart. de Laude in tracta. de principe, in titu. de castellanis. in xiij. cõclusione, vbi dicit quod in concessione non venit vsus fluminis.

b ¶ Tenentur dominis. Adde Bald. in l. j. nu. iij. versi. & not. quod lex. §. de accusa. Bar. in l. si merces. §. conductor. ff. loca. & l. ij. ff. de an. leg.

LEX II.

LIbertates. Manumissio facta de mancipio fundi patrimonialis a non domino, rescinditur per procuratorem Cesaris.

LEX III.

1 ¶ Emens a fisco, vel in emphyteusim accipiens, tenetur stare colono fiscali.

2 Singularis successor ecclesie, an teneatur stare colono ecclesie.

OGnouimus. Emptor fundi patrimonialis tenet stare colono, quẽ

1 si expulerit, possessiõe priuatur. h. d. ¶ † Et no. hic quod emens a fisco, vel in emphyteusim accipiens rem, tenetur stare colono fiscali. Et est ratio, ne colonus fiscalis habeat recursum contra fiscum. Cui concor. §. eo. l. j. emphyteuta vero vel emptor fundi priuati non tenetur stare colono regulariter, vt §. loca. l. emptorem. ¶ † Et nota, istam legem ad questionem de ecclesia que concessit fundum in emphyteusim, in quo fundo steterat ad laborandum quidam per maximum tempus, quia si emphyteuta expellit illum colonum cum bonus esset, & alium subrogauit in locũ eius,

2 quod debet emphyteusi priuari.

ADDITIO.

¶ Et sic collige quod singularis successor ecclesie tenetur stare colono. * sicut in successore. Facit l. fin. de sacr. sanc. eccle. & tenet Lud. in l. si filiofamil. §. fi. fol. in gat. & ibi scripsi post Imo. ¶ Colono. Vide tu ad hoc do. Soci. in consil. cxcij. incip. ex his que super. us. versi. circa secundam questionem cum versi. seq.

LEX IIII.

SAper. Coloni ad aliquam militiam conuolantes, renocantur ad culturam antiquam. ¶ Item milites veterani ad quietem donati, rei rustice operam non debent dare. Et hoc fallit in militibus limitaneis, quibus est arare permissum, vt l. agros. §. de fund. limi.

De fugitiuis colonis patrimonialibus, emphyteuticis & saltuensibus. Rubr. LXIII.

LEX I.

QVicunque. Coloni patrimoniales, vel saltuenses non obstantibus aliis quibus stipendijs, que promeruerint, renocantur ad pristinam culturam agrorum. h. d.

LEX II.

QVisquis. Suscipiens vel occultans colonum patrimonialem, pena hic inserta punitur.

LEX III.

QVinscunque. Omnes adscriptitij ad agriculturam predictorum patrimonialium si conuolauerint ad aliquam militiam reuocantur. hoc dicit.

De prædiis tamiacis, & de his, qui ex colonis dominicis aliisque liberæ conditionis procreãntur. Rub. LXVIII.

LEX I.

SI liber. Natus ex vno parente tamiaco. & altero libero, tamiacus est, natus autẽ ex adscriptitio vel seruo alieno, & ancilla dominica vel adscriptitia, vel serua priuati, & ex colono vel seruo dominico, semper sequitur conditionem parentis liberi. h. d. † Et sic

1 est speciale in natis ex tamiaco, qui semper sequuntur conditionẽ parentis tamiaci. regulariter contra, q̃ partus ventris cõditionem sequitur, vt l. ne diutius. §. de agri. & censi. & ibi fuit dictum.

LEX II.

MInimus. Hic Imperator dicit q̃s ipse fecit quandam legẽ, quam nõ habemus, in qua statuit q̃ predia tamiaca venderentur emere volentibus sub soluto canone. & q̃s emptores predioꝝ perneminem poterunt inquietari. & ꝓ illa lex illis emptoribus esset

1 sufficiens, attamen adhuc Imperator constituit q̃ dicti empto-

1 res non possint grauari. † Et secũdum hoc no. illud vulgare, quod abundans cautela non nocet, fal. And. de Bar. u. de qua in l. testamentum. §. de test.

De diuersis prædijs vrbanis, & rusticis, & templorum, & ciuitatum &c. Rubr. LXIX.

LEX I.

PRoedibus. Edificans in loco publico soluere debet debitam pensionem ꝓ edificio, si expediat Reipublice; alias ipsum solum cum edificio vendicatur. h. d. tex. & gl.

LEX III.

REstaurationi. Tertia pars canonis q̃ redigitur ex fundis, & locis Reipublice sufficit ad restaurationẽ murorũ. h. d.

1 Et no. † q̃ restauratio murorum non pot̃ fieri inconsulto

a Principe, [a]de quo in l. sacra. §. muros. ff. de rerum diui. & hic in gloss.

ADDITIO.

a ¶ Inconsulto principe. Adde istum in l. sacra loca. de re. diui. & in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & omnino per Alexan. post eum in l. opus. ff. de oper. publ.

LEX IIII.

EOs qui. Emptor Reipublice, vel templorũ ipsam perpetuo possidebit. nec ab eo pot̃ euelli, licet alius offerat meliorem conditionem. h. d. Et secundum hoc not. quod habet locum subhastatio in rebus templorum, & Reipublice, sed hoc est correctum in rebus templorum per authent. hoc ius porrectum. §. de sacrosan. eccles.

LEX

LEX V.

Iquis. Emptio rei emphyteutice[a] fiscalis facta a priuato,vel a ciuitate sub pacto ne teneatur ad canonem,tenetur,sed pactum est irritum, hoc dicit.Nec obstat ff.de fund.rei priua.l.fin. vbi non tenet venditio
a nec pactum, quia ibi emptio fuit facta a Principe, [a] quia erat emphyteuta alterius, & ideo abominabile esset quod princeps non possidens teneretur ad canonem,vt hic,not,quod hec litera dicit,a consultatu,&c.Quia secundum hoc patet quod potest fieri lex,que habeat locum in omnibus actib. preteritis a tali tempore citra vel retro.

ADDITIO.

a ¶ Principe,Adde do.Alexan.de Imo.in l.opus.de oper.publ. vbi etiam per Bar.& Bal.in l.ex hoc iure.ff.de instit,& iure.

De locatione prædiorum ciuilium, vel fiscalium,siue templorum siue rei priuatæ, vel dominicæ. Rub. LXX.

LEX I.

Qui patris. Prædia Principis, que in perpetuum locantur,sunt soluenda diuitibus vel alijs cũ fideiussione idonea prestita,& officialis predicta negligens,debet de suo resarcire omne detrimentum

LEX II.

Fundi. A colonis perpetuis fundorum publicorum non auferuntur fundi, licet alius meliorem conditionem offerat,hoc dicit.Et not.hic contra prelatos qui post edificia facta in ruinis volunt dicere se deceptos,de quo supra,de fun.rei priua.ll.& supra de predijs naui.l.ij,vbi dixi.

LEX III.

Loca. Subhastatio in locatione perpetua fundorũ publicorum ita vendicat sibi locum, sicut in venditione.hoc dicit.In ter.ibi,perpetuarijs conductoribus,† Vo.emphyteutam appellari conductorem.Nam omnis ac-
a cipiens rem in perpetuum, dicitur potius emphyteuta [a] quam
a conductor,vt hic.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Potius dicitur emphyteuta, potest ex hoc elicere discrimen quod inter emphyteusim est & locationem,de quo vide Bald. in l.j.supra de inre emphyteu. Joan.Andr.in add.ad spec.in titu.de loc.titu.v.in princip.& dom.meum vbi.Dec.consil.pen.volu.ij. per totum.

b ALEX. ¶ Vide Bal.in l.fi.si contra ius vel vti.pub.

LEX IIII.

Congruit. [a] Si finita locatione cõductor primus tantum offert quantũ nouus
1 in locatione prefertur.hoc dicit.† Not.glosse.hic positam que tenet quod conductores perpetui possident,secus in temporalibus, quia illi dicuntur habere detentationem qui sunt ad tempus.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde Bar.in l.cotem.in prin.de public.& vide.j.in l.fi.Facit.l.cognouimus.ff.de man.& colo. Adde. l.ij.de vend.rerum ciui.lib.xj.

LEX V.

1 ☞ Conducens rem in perpetuum,potest eam vendere & donare.

Predia. Prædia domus Augustalis in perpetuũ locata ad alium nõ possunt trãsferri sub alio pretextu quandiu pensio soluitur.& Domes rerum priuatarum cõtra faciens punitur. Item prædium Augustale princeps donare potest ei cui locauerit in perpetuum vel ad tempus. Item primus conductor conductione finita, si in licitatione offert tantum quantum alius prefertur.
2 Si vero rem conduxerit in perpetuum omni tẽpore est securus, hoc dicit. Et cum primo † respondo huius legis not.glosse. hic in ver.retrahendam.quod cõducens rem in perpetuum potest eam vendere & donare,& ad posteros transmittere. ¶ In text. ibi, vel
2 sponte donauerit. ¶ † Vo.casum.in quo princeps rem concessam per se vni,non potest alteri concedere, et iam motu proprio, nisi dicat,non obstante tali cõcessione facta,vt in c.si motu proprio. extra de preb.lib.sexto. ¶ In text.ibi,concedere pensionem.
3 ¶ † Vo. quod si detinenti rem quidam habens ius in ea donat. eam simpliciter,intelligitur donare solum ius quod habet. Idem est in locatione,vt l.si domus.ff.de lega.j.no.in l.cum alienam rem.ff.de leg.quod satis credo.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Idem in donante dotem,in l.si domus.ff. de leg.j. alleg.c.pastoralis.de do. ¶ Idem Bal.& Sali.in l.cum alienam, de leg. j.in princip. & ibi Angel. & Bald.in rubr, de contrahen, empt.& in vj.questio.& in l. monumenta. supra de legi. & docto. et maxime Petr.de Anch.in d.cap.pastoralis,& in l.senatus.de lega.j.ff.fina.

De conductorib.& procuratorib. siue exactoribus prædiorum fiscalium domus Augustæ. Rub. LXXI.

LEX VNICA.

1 ☞ In causis fiscalibus seruandus est ordo iuris, sicut in causis priuatorum.

Conductores. Conductores fundorum domus fiscalis,& alij homines dicte domus, cum agere volunt, experiri debent ordinario iure, & nulli alij patrocinium prestare debẽt nec executionis ministerium,& contrafacientibus pena imponitur,
1 nec est penitentie locus.hoc dicit.† Per hanc l.dicit Ant.de Baru.quod in causis fiscalibus est seruandus ordo iuris,sicut in cau-
2 sis priuatorum. † Item si rex facit citare suum Baronem,vt ostendat iura que habet in castris, que possidet, alias auferret sibi ea, nam talis citatio ipso iure est nulla.cum nemo titulum ostendere debeat sue possessionis,vt l.cogi.supra de Pet. hered.& sic est in isto,quod not. In causa fiscali non inratur de calumnia. Bloss.not.in cap.j.ff.sacramentum,de consue.rect.fend. quam ad hoc allega.& sequitur Laudensis in tract.de Principe, in titu.
3 de fisco.conclusi.xvij. Alexand. † In text.ibi.granios.not.contra Bardarios Potestatis delinquentes,vt ipsi debeant magis pu-
4 niri,quam alij ciues. † Et not.hic gloss. que exponit domum,id est, illos de domo. ¶ Unde si quis substituit filio suo domum Bardorum,quod intelligantur substituti omnes illi de Bardis.
5 † Item per hoc tenet quod si legatum relinquitur ecclesie sancti Francisci, quod illud legatum est nullum, sicut si relinqueretur fratribus de sancto Francisco, licet tennerim contrarium in libello Minoricarum.

Quib.ad conductionem prædiorum fiscalium accedere non licet. Rub. LXXII.

LEX VNICA.

Nullus. Palatini milites prohibentur a locatione fundorum principis,hoc dicit.

De collatione fundorum fiscalium vel rei priuatæ,&c. Rub. LXXIII.

LEX I.

Ordinariorum. Preses prouincie, et sui officiales possunt exigere conductores dominicos,& etiam impartiri fauorem curialibus Cesaris volentibus facere dictam exactionem.

LEX II.

1 ☞ Ambasiatoribus, & viatoribus non creditur sine publicis literis.

Palatinos. Palatini possunt transmitti per comitem rerum priuatarum ad presidem cum literis,vt sint soliciti circa exactionem pensionum fiscalium,& non debent inferre aliquam concussionem, contrafacientes puniuntur relatione facta de hoc prefecto pretorio h.d. In text.ibi,cum publicis literis.
1 † Per hanc literam patet quod non creditur ambasiatoribus, sine publicis literis.Concor.ff.de decu.l.si quis decurio,secũdum vnam lectu. & de exacto. tribu. l.missi. ibi , cum delatorum, &c.
2 † Item per hanc legem dici potest, quod cum isti palatini obtineant vicem quorundam baiulorum, vt ibi dicitur quod baiulo debet dari litera ad hoc, vt ei credatur, & hoc est verum quando baiulus non est notus,vt hic.& d. l.missi.alias bene debet ei credi sine literis.Et ita no.gl.in l.sed & interpellatur.ff.de arbi.Pro hoc facit l.iij.ff.toties.de dã.infect.ibi,libellum,&c. Vel dic quod quando baiulus vult grauare aliquem realiter quod tunc requiritur litera, qa agitur de magno preiudicio,vt d.l.missi, & de iur. fis.l.facultas. Aut vult citare verbotenus,vt compareat cora iudice,& tunc si est notus,non requiritur litera,vt d.l.sed si interpellatur.si est ignotus, sic. vt hic. Nam hic transmittebatur de vna prouincia ad aliam. ¶ Ultimo nota hanc legem contra baiulos committentes contra aliquem concussionem.

ADDITIO.

3 ALEX. ¶† Tamen not. quod nunquam citatio facta domi reddit citatum contumacem absque literis, vt not. Bal. & Ange. in l. fi. de amia, excep. & vide de hac materia quãdo credatur nũcio,
* * per Bartol. in l. j. §. cura carnis. ff. de offic. præfec. vrb. & ibi dixi. Aler. Ro. in l. sciendum. de verbo. oblig. & do. Joan. de Platea. in l. prohibitũ. §. de iure fis. & per do. Ant. in c. quod super his. de fide instru. vbi dicit quod pſone digne note, & fide digne credit sine literis. facit c. nobilissimus. lxxũ. dist. & no. Angel. in consil. cix.
* * ¶ Nuncio. Et tamen ad saturitatem, vide plene per Felin. in c. inquisitionis. §. fin. versi. item queritur. de accu. & in cap. j. in versi. quarta cõclusio. circa med. vers. de iudi. & quod ibi dixi in apostil. & in c. quoniam. de proba. in princip. gloss. in verb. ci tationes, & quod ibi dixi etiam in apostillis. ADDE istum consilio suo lxxxvj. incip. non creditur nuncio, & quod ibi posui in addit. Bald. in l. properandum. §. sed & si quidem. nume. xiij. vbi posui post eum in versi. executoris. §. de iudi. dixi post Rebuf. in l. prohibitum. in princip. §. de iur. fis. lib. x. post collecta. in c. cum dilecti. nume. xv. versicu. nunquid creditur nuncio citanti. in apo. in eo. versicu. extra de dõ. post Lanfran. c. quoniam contra falsam. §. elevationes. nume. xvj. versicu. in gloss. fin. ibi ista gloss. extra de proba. & Felin. c. j. versicu. quarta conclusio. extra de iudic.

LEX III.

OMnia. Prædia ex quacũq; causa ad fiscum, pertinentia, a translectione publicarum specierum non habent immunitatem. hoc dicit.

De priuilegiis domus Augustæ, vel rei priuatæ, &c. Rub. LXXIIII.

LEX I.

PRiuatas. Ad extraordinaria munera, vel superindicta etiam fiscalis possessor non cogitur. hoc dicit.

LEX II.

PRem priuatam. Prædia Principis a trãslectione publicarum specierum nullatenus hodie excusantur, sicuti nec prædia priuatorum, licet aliquando excusata fuerunt. quia vltra solitum locum tales species portabantur. quod
ITeralias. Palatini primicerij, z tres seriniorum primicerij tribuni, prectoriani militari dignitate funguntur, z nulla potest eis immungi necessitas publica, vel priuata.

LEX XIIII.

PAbemus. Palatini principes eisdem priuilegijs funguntur, quibus palatini sacrarum largitionum. Et ideo primicerij, z primates seriniorum Principis finito officio inter militares tribunos enumerantur, z nulla solicitudine negotij priuati vel pub. possunt vrgeri.

De stratoribus. Rubr. XXV.

LEX VNICA.

PEr omnes. Vnus solidus stratoribus, id est, presidentib. stabulis, Principis stipendij nomine dandus est, z in offerēdo equos principi per prouinciales certa z equalis forma seruanda est, que statuta est, si aliquis prouincialis stratori dederit ob hoc quod non licet ei accipere, punitur, z si iudex hoc scies punire eum neglexerit, centum librarum auri pena punitur. h.d.

1 ¶Not istum tex. dum dicit si sciens, q. est casus q. statuti disponentis quod iudex teneatur inquirere. z punitur sub certa pena omne homicidium in facto suo tempore. Nam ita demum punietur

2 si sciuerit factum esse. ¶Item[a] facit ad aliud, si statutum dicit,

a z dat potestatem intra annū cognoscēdi de maleficijs, intelligitur de his que sunt clara. Et ita dixi in l.j. ff. si quis test. lib. esse inf. fue.

ADDITIO.

a ALEX. ¶De hac q. vide per bar. z Ange. in l. fin. ff. si quis test. liber inf. fue. Bal. in l. cum qui. §. in popularibus. de iureiurando z per Bart. z Angel. z alios in l.j. §. occisorum. ff. Ad Sylla. z vide Bart. in l. genere. ff. de infam. in illa q. an ignoranti currat terminus. de qua in l.j. z in l. quādiu. §. qui admit. z Bar. in l. cautus. ff. de calumnia. z in l. quinquaginta. §. de excusa. tut. z l. diuus. de custo. reo. z l. semper. §. hoc interdum. quod vi aut clam. z Joan. Andr. in c. non seruorum. de seruis non ordinan. z per Bal. z Salic. in l. fi. §. de dolo. per Bald. in addi. Spec. z in tit. de instru. edi. z in l. id quod pauperibus. §. de episco. z cleri. z l. si ideo. ff. de his quib. vt indig. z in. auth. cui relictum. de indicta vidui. tollen. z in l.j. in princ. ff. de cadu. tollen. z in l. captatorias. §. de test. mili. z in l.j. in ix. q. §. de insti. z substi. z in l.j. de prima. carce. z in l.j. de his qui a latro. z in l.j. de famo. libellis. z in c.j. de prohibita feud. alie. per Loth. z in dispurationē inci. q. feneratores. z per Ang. in l. si cū exceptione. §. in hac ff. qe inter. can. z in §. si quis rapuerit. in auth. de sanc. episc. colla. ix. z videas omnes. quia multa habes circa dictam q. Sed recordor eius quod not. Bald. in d.l. quandiu. dixit quod tempus a statuto prefixum ad ponēdum statuta in memoriali non currit ignoranti, z idem tenet ipse in l. item venunt. in §. cum ante. de peti. heredi. z in d.l. quinquaginta. z in l. penul. de peri. tut. z Per. de Ancha. in c. canonum statuta. in versi. alibi querit bar. licet Pau. de Cast. in l. facta. §. bonorum. ff. ad Treb. dicat tempus currere ignoranti, sed dari restitutionem.

De castrensianis, & ministerianis. Rubr. XXVI.

LEX I.

IN officio. Castrensiani vel ministeriani officio finito per lapsum biennij, alius subrogatur, ipse autem ad aliud officium nullatenus eligetur. hoc dicit.

LEX II.

IQuis. Si vltimus inter ministerios gradū primo, secundo, vel tertio forme inter castrenianos fuerit adeptus scribendus est in matricula forme tertie. hoc dicit.

LEX III.

IQui. Militantes in hac militia, z eorū matres, z vxores non possunt conuenire in causa ciuili vel criminali, nisi sub comite Castrensianorum.

LEX IIII.

OMne omnia. Officialis Principis, sumpti figillatim, annexi, eorā illustri officiorum magistro, ipsi z eorum filij, z vxores conuenti sunt excepto in tributarijs, z munerum functionibus, z delictis

delictis in prouincia cõmissis, propter que cõueniri possunt etiã coram aliis iudicibus. ¶Itẽ dicti officiales gaudent priuilegio circa sportulas, quia non eas soluere tenẽtur, nisi sim modum hic descriptum, fideiussorẽ etiã de iudicio sisti dare possunt de eorum numero, & vbi dare nõ possunt, cõmittitur eorũ iuratorie cautioni. h. d. Qui autẽ sint officiales, nõ habem⁹ expressum, qz Imperator hoc nõ dicit, & ideo põt dici & hec lex seruiat nobis de vento.

De decanis, constitutio Græca. Rubr. XXVII.

LEX I.

Quatuor. Quatuor ex decanis, qui primũ locũ in ordine tenuerũt, p biennũ, ad primiceriatus officiũ assumũtur, & alij in locũ eorum debent subrogari transacto biennio, hoc dicit.

LEX II.

Nostre. Decani adherẽtes famulatoribus Principis coram illustri magistro officiorum conueniendi sunt, hoc dicit,

De priuilegiis eorũ, qui in sacro palatio mil. Rub. XXIX.

LEX I.

A Palatinis. Palatini a cũctis muneribus sordidis sunt imunes ipsi, eorum filij, & nepotes etiã, ipsis eorũ mãcipijs nulla munera debent inferri, contrafacientes puniuntur. h. d.

LEX II.

De cubiculis. Cubicularij Principis, qui bus vacatio est cõcessa, & memoriales scriniorum, & libellorum, & epistolarum, & etiam palatini, & agentes in rebus, & filij, & nepotes eorum ad honores & munera non vocantur inuiti & corporalibus, & personalibus muneribus sunt imunes. hoc dicit,

LEX III.

De aula. Descendẽtes ab aliquo officio aule principis, licet sint idonei, & exempti, tamẽ ab omnibus muneribus, & honoribus eis inuitis sunt expertes, hoc dicit.

LEX IIII.

Omnes. Qui missionem meruit ab officio, qõ in palatio principis exercebat, anteferri debet omnibus aliis, qui post ad regendas dignitates, vel prouincias fuerunt assumpti, contrafacientes pena hic inserta puniuntur. hoc dicit.

De priuilegiis scholarium. Rub. XXX.

LEX I.

Viris. Magistri militũ, milites senatores, scholares suos verberare, vel degradare non possunt, sed istud spectat ad officium magistri officiorum. ¶Item magister militum suos domesticos senatorios ducenarios, vel centenarios facere non potest, pena cõtra faciendi imminente. ¶Item prohibitus est domesticus perpetuo, vel ad tẽpus, alio nomine assumpto coloze questo nõ est prohibitione durante assumendus. h. d. ¶Not. istam l. quod si per formam statuti prohibitum est officium cõseruationis, quod nõ
a potest quis ad illud officium assumi sub alio nomine. [a]Et hoc sentit gl. hic, dum sumit argumẽtum de domino Odone, qui fuit potestas Bononie. Nam cum esset prohibitus esse Potestas, fuit
b factus defensor, & sic habuit officium Potestatis. [b]

ADDITIONES

a ¶Sub alio nomine. Adde Bald. in l. j. in ij. questio. ã. de heredibus instit. & in rub. ã. de fid. instr. ad fi. Alexan. omnino in prima constit. Digestorum, ff. nos vero. dixi. post Phili. Fran. in proe. vj. num. v. in apost. in ver. mutatio nominis & plene per Fel. in proe. decret. Diego. versi. tertia conclusio.

a ALEX. ¶Nota istud dictum, quia facit contra id, quod ponit Bald. in l. Paulus, in ff. pluribus. de lega. & in l. j. ff. de postu. & in l. j. de var. & extraordi. cogni. vbi dicit, quod prohibitus aduocari, non est prohibitus in scriptis consulere, & sic per indirectũ. Quod dictum sequitur do. Abb. in rubr. de postu. Sed tu potes dicere saluando Bartol. quod diuersa ratio est inter aduocare, & cõsulere, quia aduocare est viua vox, consulere autẽ mortua, qz viua vox plus valet, quam mortua. Bald. in rub. de testibus.

LEX II.

Ac lege. Militans in aliqua militia, qui stipẽdijs decursis primicerius factus est, omnibus priuilegijs sibi competentibus perfruatur, & etiam in causis ciuilibus coram officiorum magistro tantum cogitur respondere. In crimmalibus vero causis hoc priuilegium non sortitur, ne crescat officiorum authoritas & ne publica vacillet vtilitas. h. d. Et nota quod denegat iurisdictionem in ciuili, & concedit in criminali hoc officio finito, eo vero durante in vtroq; casu est iurisdictio denegata. ã. de agen. in re. l. ex eo.

LEX III.

Quoties. Si scholaris alicuius schole coram officiorum magistro cõuenitur ciuiliter aut etiam crimmaliter, non cogitur dare fideiussores extraneos, sed de suo numero, dum tamẽ iurauerit, & quinq; primates eiusdem schole ex xxx. viris numerandis a primicerio, vsq ad xxx. retro det fideiussores, & si quinque ex predictis primatibus fideiussores dari nõ possunt vñ extraneus cũ numerario dari potest qõ priuilegiũ habet locum in eis, & eorum vxoribus, & etiam viduis, & matrib⁹ viduis, & liberis, & seruis eorũ. Et nomina sportularum p se vel procuratorẽ respondentes prestabunt secũdum ordinem hic descriptũ, siue coram arbitris, vel officiorum magistris, vel coram moderatore prouincie ex delegatione cognoscente lis agitetur in scriptis, vel sine scriptis, tam ex iuris dispositione quã ex voluntate partiũ. ¶Itẽ si cõmeatũ acceperint per spatiũ quinq; mensiũ, non possunt illo cõmeatu durãte conueniri ciuili
a ter, sed criminaliter, pro publicis functionibus tantum. h. d. [a]In
1 tex. ibi, & viduitate coërtitute. ¶†Ho. hic qõ mulier vidua fruitur priuilegio mariti quousq; secõ fuerit maritata. Facit ad hoc l. fi
2 lij. ff. vidua. ff. ad mun. & ã. de digni. l. mulieres. & dixi ibi. ¶†Nota singulariter istũ text. qõ si priuilegium concedatur mihi, & omnibus descendẽtibus masculis, & femmis, qõ descendentes per lineam femininã, ita demũ fruũtur priuilegio si sint vidue, non au
b tem si ad secũdum matrimoniũ conuolauerint. [b]Et potest esse ratio, qz postquam virum assumunt in totum, ad alium dicuntur se
3 trãsferre, & statutum suũ mutare, vt not. i d. l. mulieres. ¶†Ultimo not. ex verbo, cõsentientibus. cum gl. qõ de voluntate partiũ
4 fieri potest vt sentẽtia sine scriptis feratur. †Et sic habes quod illa solẽnitas, que traditur vt sententia feratur in scriptis, & recite
c tur, [c]vt l. ij. ã. de sentent. ex breui. recit. remitti potest de partiũ voluntate, & idez in sacramẽto testium, qz remitti potest, vt no. in l. j. ff. de ser. & l. ij. ff. sed qz. ã. de iura. calũn. & idem est in libellis, quia libellus potest dimitti, licet nõ expresse remitti, vt no. in auth. offeratur. ã. de litis cõtesta. & ibi plene p Cy. licet quidam contra. Et
d idem est in iuramen. calum. qz omitti potest, [d]licet non expresse remitti, vt d. ff. licet. quia litis autem contestatio, nec tacite nec expresse põt remitti, vt no. Jo. And. extra de offic. dele. & c. de causis, [e]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Dominus meus facit mentionẽ in l. cũ quedã puella, de iurisdi. om. iudi. potest limitari per dicta bar. in l. ij. ff. idẽ refert pserunt. ff. de mu. & hon. & l. originẽ. ã. de manc. & originarijs. lib. x.
b ¶Conuolauerint. Ad cuius articuli decisionem, vide tu copiose not. pro & contra dom. Feli. in capitu. nouit. de iudi. versicu. not. ibi circa princip. cum concord. ibidem per eum allega.
c ¶Et recitet. Adde Abb. in c. ficut. ff. vel tertio, de re iudi. quẽ refert & sequit Fel. ibidẽ nu. vij. post pn. versi. pn. ver nã. vult Ro.
d ¶Omitti potest, licet non expresse remitti. Adde istum in l. ij. ff. sed quia veremur. nume. j. & quod ibi posui in addit. ad ipsum in versicul. possit tacite omitti. ã. de iureiurando.
e ALEX. ¶Juramẽtum calũnie an remitti possit, Bar. in l. de pupillo. ff. quis opus, de ope. no. nun. & in l. j. de iuramen. calũ. Et ratio quare ordo iudiciarius nõ potest remitti, est, qz dicitur inuentus in fauorem, & veritatẽ publicã secundũ do. Lardi. in clemen. sepe. de verb. sign. in princ. ff. q. cum renũciari non potest. Linus publicum. ff. de pac. quod est verũ in ordinarijs, secus in summarijs, iuxta dicta in extranagãti, ad reprimendũ. Limita predicta, si coram iudice pcedit vt ordinario, secus si coram arbitratore, vt Lar. vbi supra. Acta tamen videlicet testes, & positiones, possunt dimitti, vide domi Lardi. in cle. sepe. an litis contesta. possit omitti.

De castrensi peculio omnium palatinorum. Rub. XXXI

LEX VNICA.

Omnes. Palatini habentes aliquod priuilegium quicquid quesiuerũt in officio morantes ex donis Principis, aut eorum industria Principe conscio, retinent tanquam castrense peculium, & a laboze castrorum non sunt immunes. hoc dicit.

Qui militare possunt, vel non, &c. Rub. XXXIIII.

LEX I.

Si militie. Volens militare se debet offerre ei, qui ius habet probandi, scilicet officiorum magistro. Item nullus causa litis vitande pot
est militare. hoc dicit.

LEX II.

NOn tantum. In fraudem ciuilium munerum nullus armate militie nomen potest assumere.

LEX III.

CIra Coloni, vel saltuenses ad militiam armatã vocatentes, vel inuiti non sunt admittendi. h. d.

LEX IIII.

OMnes. Curialis vel cohortalis cõditiõis existẽs ad armatam militiam non sumitur. h. d

LEX. V.

a **HIs quidem.** [a]Duas militias diuersi generis, aut dignitatem, z militiam eodem tempore quis habere non potest, secus si ad id extendunt. contrafacientes, z contra impetrantes, z iudices impetranti nõ resistentes penis hic insertis puniuntur. h. d. †Et no. istam legem que dat regulam generalem, ne quis possit habere plura officia de quo dixi in l. comperimus. ff. de prõr. sacro. scri.

¶ Ultimo not. gl. que dicit, quod quis non potest habere duas militias. † In ter. detur electio. not. quod si habenti vnum officium defertur aliud, quod in potestate sua est qõ retinere velit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Duas dignitates siue administrationes põt qs habere eodẽ tẽpore. in §. z ideo. de nouo Cod. cõpo. z ideo quis põt esse miles, z doc. Bal. in l. si cõsul. de adoptio. vbi plura bona dicit.

LEX VI.

SI per Serui post hanc legem conditam militiaz adepti dominis scientibus efficiẽtur liberi. z iuri patronatus non sunt subiecti, sed si eis ignorantibus, in seruitutem rediguntur, sed qui ante hanc. l. militabant. z adhuc militrant, si quidem dominis scientibus, idem quod supra, si eis ignorantibus intra xxx. dies tãtum permittitur eos a militia reuocare. h. d. ¶ Not. ignorantiã probari posse eo ipso quod contrarium non probatur. z ad hoc alleg.

LEX VII.

IQuis Dominus patiens seruum in dignitate esse. priuatur dominio. z iure patronat[us]. sed si eo ignorante seruus eam fuerit adeptus, tunc intra xxx. dies tantum ex quo sciuerit, datur sibi vendicandi potestas.

1 h. d. ¶ Ho. prescriptionem[a] non currere ignorãti. Et hoc est
a verum ad incommodum ignorantis, sed ad commodum ignorantis bene currit. Sic intelligitur l. genero. ff. de in t.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde quod immo currit contra ignorantem, vt est ter. in l. fi. §. de prescrip. lõg. tem. sed postea datur restitutio. bar. in l. j. §. si quis autem. ff. de itine. actuque priua.

De re militari. Rub. XXXVI.

LEX I.

a **STipendia.** [a]Miles captus ab hostibus, dum
1 ibi est, stipendium vel salarium habere non debet. h. d. ¶ Not. istum casum quod milites nostri temporis, qui capiuntur in bello, quod si stant capti per certum tempus, per illud tempus non habent stipendium.

ADDITIO

a ALEX. ¶ Bald. allegat istam l. in l. liberti liberteq; de oper. liber. Ate infra in fine. Cõtrariũ tenuit Specul. in tit. de emphy. §. post q̃. ver. qõ si mercenarius. z vide c. j. de cle. non resi. in vj. z ita sequit Lauden. in tractatu. de prine. in tit. de milite. in iij. cõclusione. sed in noua conclusione dicti tit. tenet contra bar. p istũ tex. Pro. quo facit qõ dixit bar. in l. opere testamenta. ff. de vsufruc. leg. z in l. si vno. §. item cum quidem. ff. loc. Opp. z soluit vt in glo.

LEX II.

VIginti Implentes stipendia militie xx. annis, stipendiarij per cohortes munera sordida non tenentur subire. h. d.

LEX III.

MIlites. Dimiss[a] a militia ignominie causa est infamis, z dignitatem consequi non potest, tamen vbique inozari potest preterquam in locis interdictis. hoc dicit.

LEX IIII.

DEfunctorum. Bona militis decedentis in desertione defuncti confiscantur. hoc dicit.

LEX V.

a **CUm allegatis.** [a]Desertor militie ex indulgentia Principis restitutus nõ habetur pro tẽpore quo deseruit. perinde ac si mi
1 litasset in castris, z ideo pro illo tẽpore stipendium nõ petit. h. d.

ADDITIO.

1 ¶ Not. hanc legem pro clerico suspenso ad tempus, au elapso tempore debeat habere prebendas preteriti temporis, z adde l. ij. §. qui militie. ff. eo. quod facit ad multas q. notatas in glo. in c. pastoralis. extra de appella. z vide glos. ff. de dam. infect. l. inter quos. §. damni. z ibidem per do. Bart. z Angel.

LEX VI.

EMel. Missus a militia ex causa egritudinis, fa
a ctꝰ sanus restituẽdus nõ est tamẽ nõ debet mitti. nisi medicis hoc denũciantibus, z iudice hoc inquirente. h. d. [a]¶ Ho. istũ tex. singularẽ qs nunquã denunciatio facta per medicũ. qui dicat aliquẽ infirmũ vel ex vulnere remãsura
1 cta per medicũ. qui dicat aliquẽ infirmũ vel ex vulnere remãsurã cicatricem. aliquod operat. nisi precedat diligens iudicis inquisitio, z ideo sit cautus assessor, q̃ in actis faciat registrari q̃ iudex diligenter examinauit vtrum ex vulnere esset remãsura cicatrix,
b z ipso diligenter examinato medicus hoc retulit, alias nõ valet.[b]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Idem Bar. in j. consti. ffoz. qõ est verũ quãdo factũ merum pendet a potestate iudicis, secus si a potestate partiũ. ex partes eligunt. si concordat. no. Joan. And. in addi. Spec. in tit. de homicidio. sed pone, z idem Abb. in c. propositi. de proba.

b ALEX. ¶ Similiter de hac cicatrice habes ter. in l. queritur. §.
2 fi. ff. de edi. edic. z in l. locum. §. ex eo. de vsuf. † Et ista sentẽtia. z nõ liozũ peritozũ in arte. potest ferri die feriata, sedm Ange. Casus est in l. ij. de fer. ibi, atroz iniuria. Et an talis suia trãsiat in rem iudica. vide Ludo. in l. ad monẽdi. ff. de iureiu. Et an ab ea possit appellari, vide doc. in l. ab arbitrio. qui satisd. cog. z talis sentẽtia potest retractari qz pronũciatum est vulnus mortale, si cadauer exhibeatur cozã peritioribus in arte cõtrariũ testificantibꝰ. fin Jo. And. in tit. de homi. §. j. ver. j. in addi. Spec. z adde Bal. in l.
3 si quis testi. in fi. §. de test. † Et an perito in arte sit credendum, *vide Spe. in tit. de pb. §. fi. ver. quãdoq;. Et bar. in l. j. ff. de ven. inspicien. vbi ponit an tales periti iurare debeãt, z q̃ talis assertio eozum possit reprobari. Item secundum Host. in summa in tit. de prob. §. q̃ sunt species. versi. viij. quid si. nam tũc alii debẽt eligi. alleg. c. causam matrimonij. de proba. xxvij. q. j. c. nec aliquo, z de ista materia vide que scripsi post Bal. in l. Deo nobis. §. de
* epis. z cle. ¶ Quid autem sit cicatrix. *vide Bal. z ea que ibi dixi in l. si quis. §. de pen. Adde q̃ Ang. tenet hic idem quod Bar. de qua materia per Spec. in tit. de prob. §. i. versi. hic queq;. in i. parte. z gl. in c. fraternitatis. de frigi. z malefi. z doc. in c. propositi. de pb. z per Mod. in c. significasti. el. ũ. de homicid. z Ang. in l. si vacãtia. §. de bon. vacan. z Ro. in l. j. §. fi. de ver. obl. z debet examinari doct. non scholaris artiũ in predictis a iudice. Bart. in l. sciẽdũ. §. vẽdi. de edi. edic. vbi dicit, q̃ appellatione medici nõ venit scholaris. glos. c. j. de statu reg. in vj. quod statutum de ingrediente monasterium non extenditur ad medicum doctorem, secus si scholaris.

* Tu omnino vide Hel. copiosissime z no. i c. pposuisti. i õne. in ꝟ. vlti. p istũ tex. de pba. z aliquid in d. c. causaz. alle. in tex. in iiij. no.

* Vide tu etiam Flo. in l. locum. §. ex eo. ff. de vsufr. z Vler. etiã in l. denunciasse. §. quid tamen. de adul. Et adde q̃ duplex est cicatrix, scilicet deformans, vt per Flo. in l. fi. z ibi not. ff. de noral. z Ang. in l. ex hac. ff. si qua. pau. fec. dic. vbi etiam Flo. z Bald. in addi. ad Spect. in tit. de proba. §. fi. versi. hoc quoque notandum.

LEX VII.

FRustra. Damnatus de crimine militari. miles existens non infamatur, etiam factus veteranus. hoc dicit.

LEX IX.

a **IQuis.** [a]Dãs operã vt Barbari Romanos deprehendant. vel predam factam eumeis
1 diuidẽs, viuus comburitur. h. d. ¶ Ho. istum text. singularem contra districtuales Tuderti, diuidentes predam cum aggressoribus viarum. quia viui debent comburi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Bald. ponit alios casus in quibus venit pena mortis, in l. data opera. §. qui accu. non pos.

LEX X.

QUicunque. Miles. qui a principe meruit pati familiã suã ad se venire cõiugẽ, liberos. ac seruos censibus nõ adstrictos. z nõ alios ducere secum potest. Ho. coniugem dici domesticã vel familiarem.

LEX XI.

TRibuni. Tribuni vel milites in loco deputato stare debent, non per pos. vagari, cõtra facientes puniuntur. LEX XII.

CUm supra. Qũ milites stant supra ripam fluminis in herba virenti, nullus in loco illo se balneare dz, nec etiam equos lauare, ne cõmu-

ne aque

ge aque poculum corrumpatur, q̄ oculi videntiꝫ infestentur. Sz
volēs ꝓdicta facere vadat ad inferiorem partē fluminis, z ibi sitet
1 in loco secreto, ita quod ibi videri nō possit. h.d. ¶ Et no. hic ca
sum cōtra lauantes pānos in summitate alicuius fluminis vt pos
sint ꝓhiberi, q̄ per tale lauacrū cōmune poculum aque corrū
2 pitur, tex. est hic. ¶ Ultimo gloss. sumit hic arg. contra illos qui
more bestiarū seu iumentorum se inuerecunde balneāt in aliquo
3 loco. ¶ Ultimo habes hic tex. q̄d lauando in inferiori parte flu
minis, non pōt corrumpi pars superior, nec lauans ꝓhiberi po
4 test. ¶ Et sic facit contra Lupum, qui accusabat agnum bibentez
in inferiori parte fluminis de turbatione aque.

LEX XIII.

NEmo. Miles deputatus ad Principis custodiā, vel de alio numero fine licētia Principis va
care non debet, aut alia negotia peragere, contra facienti
bus pena imminente, z in tali obsequio miles retinēs in quinque
lib. auri punitur. Item miles ad Principem in ambasiatorem mis
sus, incontinenti se offerat viris illustribus, sub quorum regimi
ne est, vt statim commeatum accipiat. Item milites reperti vaga
ri per prouinciam, per ꝓsidem puniuntur.

LEX XIIII.

COntra. Miles de vno numero ad alium transfer
re non potest, nisi vtilitatis Reip. causa
Princeps concesserit, z cōtra faciens punitur. h.d.

LEX XV.

MIlites. Miles armate militie agrozum cultui cu
stodie animalium mercimoniozū questui
non est deputandus, pena deputanti imminente. h.d.

LEX XVI.

MIlitares. Miles cinilem curam non debet assu
mere. hoc dicit.

LEX XVII.

NEminem. Nullus in aliquo numero militū po
test militare sine licentia Principis.
Si tamē aliquis de numero deficiat, magister militū z dux
belli in illius locū aliū subrogabit, facta prius declaratiōe Prin
cipis, scām huius legis tenozem, contrafacientes puniūtur. h.d.

LEX XVIII.

TAm collatores. Milites stātes in p
tibus Dūetis obedi
re debēt iussui ducū belli, z in causis ciuilib⁹ z crimina
libus nō respōdent magisterie potestati, sz duci ꝓdicto, nisi ad ducū respōsum. ¶ Itē sportulas soluant modo hic de
scripto, cū conueniunt singulariter, vel totus numerus militum.
¶ Item duces de causa cognoscētes possunt audire z audientiā al
teri delegare. ¶ Itē si milites in vno loco cōstituti ad ducē i alio
loco degētē accesserint collatores nō sunt expēsis grauādi si nul
la necessitate cogēte accesserint, sed si necessitate imminente, tūc
per triginta dies ipsi sibimet expēsas ministrēt, postea collatores.
ipsi. ¶ Item milites cōuenti ciuiliter, ante negotiū peractū nō pos
sunt ab eodē criminaliter conueniri cozā diuersis iudicibus, vel
econuerso. contra facientes puniuntur. ¶ Item per hac legē non
derogatur iurisdictioni magisterie potestatis, cū oēs duces sint
1 ei subiecti. h.d. ¶ In tex. ibi, syndico. hic est casus q̄ vniuersitas
a criminaliter accusata respōdere pōt p syndicū. a ¶ In tex. ibi, vel
2 eozum discussionē. ¶ No. hic casum q̄ criminaliter dux belli co
gnoscens inter milites pōt discussionem cause cōmittere regula
b riter autē contra, q̄ cause meri imperi non delegantur, b vt l. impe
rium. ff. de iurisd. omn. iu. z l. placet. ā. de pe. iud. ¶ In tex. ibi, quo
3 niam. in isto ver. est tex. expressus quod quis potest agere contra
eundē ciuiliter cozā vno iudice, z contra eundem agere criminali
ter cozā alio iudice. Nā si est speciale hic in milite quod nō potest
criminaliter cozā vno iudice ꝓ negotio cōueniri. z cozā alio ꝓ
4 alio negotio, ergo in cōtrariū est ius cōmune. ¶ In tex. ibi dis
positione aūt. ¶ No. ex isto tex. q̄ si alicui officiali cōmittitur co
gnitio alicuius cause potestas cognoscēdi tollit capitaneo Peru
si per hoc non dicitur derogari iurisdictioni capitanei. Ratio est
quia ciuis de causa cognoscens subditus est ipsi capitaneo.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Per syndicum. Adde do. Alex. de Imo. in l. aut facta.
ff. de pe. z bal. in l. ij. de acc. Spe. in ti. de acc. ver. ſi. Adde bar.
in extraug. ad reprimendum, in verbo. personaliter vel legitime,
prope fi. z Bar. in l. ij. ſ. fi. de accu. z Ly. in l. ij. ā. qui accu. non pos.
Adde Bal. in l. reos. in l. fi. ff. de acc. z Ly. in l. ij ſi hac. ſ. fi. ff. de in
ius voc. z Inn. in c. licet in beato Petro. de accu. z vide rationem
per Bal. in d. ſ. fi.

b ¶ Non delegantur. Adde Feli. in cap. sedem. de offi. ordi. z in ca.
quoniam. ſ. is autem. de offi. deleg. z quod ibi dixi in apostil.

De castrēſi peculio militū, & ꝓfecti annonæ. Rub. XXXVI

LEX I.

a SIn potestate, a Filꝰ in potestate mi
litās qui ob eam causam accepit ex dono a patre, matre vel alijs propinqs,
vel amicis, z q̄ ei occasiōe militie sunt q̄sita, in castrensi
peculio numerantur. nō aūt matris hereditas, predium vero do
natuz in castrensi peculio non est, sed si emptū ex castrēſi peculio,
1 castrense efficitur. h.d. ¶ Et no. quod res empta ex castren. pe.
dī esse castrēſis, eo. mo. de re empta ex ꝓfectitio vel aduentitio.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Cum hac l. concor. c. Petrus. de homi. z de intellectu
istius legis vide Aug. de Are. in l. intra dies ff. de re iud.

LEX III.

ESrat. Licet quis militet, non propterea liberatur a pa
tria potestate.

LEX IIII.

CUm allegas. Hereditas fratris quesita mi
litanti in castrensi peculio nu
1 meratur. h.d. ¶ Et no. quod societas inter fratres augmentat affectionem inter eos adminiecm, z eos charioꝛes reddit.
hoc dicit.

LEX VI.

VAs. Milites scriniarū, z exceptores, z ceteri militan
tes habent castrense peculium. h.d.

De erogatione militaris annonæ. Rub. XXXVIII.

LEX I.

REpetita. Tempore expeditiōis militibus debet
tradi panis bucellatus, id est, biscoct⁹,
vinum, acetum, lardum, z carnes veruecine, duobus vi
licet diebus panis bucellatus, tertio die panis integer, z vno die
vinū, z alio die acetū, z vno die lardum, z duobus diebus carnes,
1 h.d. ¶ Et no. hic tex. expressum quod licet acetum fiat de vino,
tamen aliud est vinum, aliud acetum, quod apparet, quia ponun
2 tur vt species distincte, z separate. ¶ Item no. quod lardum nō
a sunt carnes a nec e contra, quia lardum, z carnes ponuntur vt spe
cies separate, z sic appellatione macellatozum carnium non con
tinentur macellatoꝛes lardi, sed appellatione macellatozum sim
pliciter bene continetur macellatoꝛ lardi.

ADDITIO.

a ¶ Carnes. Adde quod gl. rxxiij. q. ij. admonere. in versi. carnem, z
latius vide Firmanum in suo tracta. nouiter impresso. xiij. lib. per
pinci. lxv. q. ver. vij. Adde ad hoc propositum gl. in c. presbyter,
lxxxij. distin. in ver. z saguine, quam ad hoc alle. Anto. Coz. sing.
suis. in ver. caro. inci. ꝓ solatio.

LEX III.

CEnaticozum. Milites, vt aliquid habeāt
in cena a prouincialibus,
1 nihil possunt accipere. Et nor. arg. contra milites nostri
temporis qui non possunt grauare comitatenses, vt eis preparēt
ad comedendum.

LEX IIII.

SIcut. Annonarie species a prouincialibus sunt tri
buende militibus existentibus in castris vi
cinoꝛibus. Item milites constituti in castris veteranis
duas partes annone ibidem tantum retinere debent tertiam ve
ro partem extrahere. h.d.

LEX V.

ACtuarij. Officiales constituti ad distribuendu
militares annonas, si intra xxx. dies an
nonam receptam z militibus assignataz non ostenderint
per publicum instrumentum tam Reip. quam militibus de suo
inferre cogentur. h.d.

LEX VI.

SOrtissimi. Militibus prestāda est annona sin
gulis dieb⁹, z ante lapsuz anni, z si
eaz nolunt recipere, fisci commodis applicatur. hoc dicit.
1 ¶ No. istum tex. contra doc. z stipendiarios communis Peru
sij qui nolunt recipere pagam tempore debito: nam lapso tempo
re non possunt eam petere. z est speciale in Republica secus in pri
uata. Concord. ſ. l. proxi.

LEX VII.

a NUlli. a Qui tempore fertilitatis annonaz neglexerit
recipere de publico, tempore caristie pretium
ipsius aut annonam non petit. h.d.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Vide Bal. in l. acceptā. ā. de vsu. in rū. q. allegātē hūc
Bart. secunda super Cod.

ter.Bal.in l.non dubiũ.de leg.z alle.eum etiam Bart.in l.liberis quos.ff.manumissus.de alimen.z cibaria.leg.Alex.Ro.z Bret.in l. quod te.ff.si cer.pet.dicunt,quod licet alias dicatur quod si creditor dixit se nolle pecuniã a debitore,quod per hoc nõ liberatur si pecunia vel res debita adhuc extat.l.fed si postea.ff.de arbit. Nã fallit in pecunia oblata a Republica vel officiali,cui Respublica debebat.Nã licet pecunia extat,si velit officialis postea,nõ tenetur immo liberatur a debito,hoc est no.in l.sed si postea.z in l.sed si in emptorem.ff.si.ff.de act.emp.Ro.in litera,c.no.xxij.

LEX VIII.

Prouincialium. Fenum militibus,z veteriam scholarium tribunis,z comitibus illustribus ad domum eorum habitationis apportatur.h.d.

LEX IX.

Excellentia. Omnis erogatio annone p fuscep-
ptores facta in scriptis est redigẽ
da,z etiã quãtitas ipsius annone suscepte,quam dz prin
cipi declarare,z si quid vltra acceperint quam scripserint,in du
plum tenentur.h.d. Et nota istum text.contra officiales campio-
nis Perusij,qui frumentum quod quandoque accipiunt non scri
1 bunt,quod in duplum tenentur. † Not.quod introitus camere
communis apparet per liberos introitus ipsius camere.

LEX X.

a † **Habemus.** † Post calendas Nouembris mili-
2 tib.vinum nouum,non vetus.tribui
tur.hoc dicit.In text.ibi,dispendiosa. Ro.casum contra
tutorem,qui post Calendas Nouembris faciebat bibi per fami-
liam vinum vetus,vt de suo resarcire teneatur,quia debebat face
re bibi vinum nouum,cum erogatio veteris esset damnosa.

ADDITIO.

a ALEX. Vide text.in l.si quis vinũ.ff.si.cum duabus seq.de vi
no,tritico z oleo legat.z Bar.in l.cum quid.ff.si cer.pet.in j.opi.

LEX XI.

Primatoribus. Exactor militaris annone
cum prouincialib.nullus debet habere commercium,ad hoc vt communem summam
intra annum,possit conferre.h.d.

LEX XII.

Septem. Septẽ diebus fori militib.nõ vẽdũt res
ptio viliori.h.d.scim vnã expositionẽ.
Vel aliter fic.Ubi milites pro annona res recipiũt,estima
1 ri dz annona pro ut vendit in foro rerũ venalium:h.d. † Et scim
hãc lec.no.hic casus expressus q quãtũ frumẽtũ vz,vel alie res mo
biles venales,nũquã dz inspici nisi in loco publici fori,z quãtum
ibi vẽdi potuisset.Unde si põt vendi multo plus vel multominus
extra forum,non debemus illum locum inspicere,sed estimationẽ
a semper considerare debemus secundum locum publici fori.a

ADDITIO.

a ALEX. Publici fori.Vide istũ in l. cũ emptor.ff.si.ff.de dam.
infec.z in l.nõ intelligit.ff.diui.ff.de iure fis.Bal. in l.ij.ad fi.ver.z
si estimatores:ff.de rescin.ven.z Pa.z Cano,in c.cũ Jo.extra de fi
de instr. Adde altũ text.no.in c.j.ibi,non carius vendant,quam in
mercato quã vẽdere possunt.extra de emp.z vẽd.Et ibi dicit do-
minus Petrus q dz inspici locus vbi res vẽditur,nõ pretiũ loci
de quo est vendẽs.Et lz forenses,z peregrini non soltiantur fori
in loco.l.heres absens.de iudicijs,cũ possunt se iuuare consuetu-
dine loci in rebus emẽdis.Bet.in c.cũ causam.el ij, vbi de hac ma
teria.de testi.de valore rei probãde,vide Bar.in l.ff.de naui.li.xj,
z l.j.ff.si heres.ad Treb.z in l.si seruus.de condi.furtiua.

LEX XIII.

Lege. Miles impediens exactionem annone aut con-
suetam erogationem,pena hic inserta punitur.

LEX XIIII.

Iis scholaribus. Exactor militaris
annone scholari ad
numerũ regẽdũ deputato solidũ vnũ prestabit,depu-
tato vero ad on' prestãdi equis annonã salariũ dabit
vna cũ annona,z suis heredib' ipso defuncto.h.d. † Et no.q sa
1 * lariũ debitũ defuncto,prestabit ipsius heredi.*concor.suntin gl.

ADDITIO.

* Heredi.Adde Alex.in l.defuncto.de off assessor.Bar.z Bal.
in l.post duos.z in in l.petitionem.C.de aduoc.diuers.iudic.

LEX XV.

Annonas. Annone debite in publico vniuer-
sis officijs a sacri palatij ministerijs
sacrisque scrinijs,z ceteris adminiculis dignitatũ prebe
re eis debent in pretio pretaxato.h.d.

LEX XVI.

Habemus. Erogator annone iurare dz se offi-
ciũ legaliter,z scim instritiã peractu
rũ,z sua manu numerare dz militib' annonã eis debitã.
Item actuarij cũ milite negotiãs,pacisci dz vt pro quolibet so
lido semissem recipiat in tertia parte solidi,vltra aũt ex pacto,re
cipere nõ põt sub ptextu prolixitatis tẽporis.Et si rõne pactio-
nis inter militẽ actuariũ aliqua cõtrouersia oriat,erogator mili
ti dabit q ei debeat,sed idẽ poterit ad petitionẽ actuarij sequestra
ri,donec inter eos lis debitũ finẽ accipiat. Sed si inter actuariũ,
z milites absentes,cõmeatu recepto qõ sit,pecunia militibus de-
bita sequestrabit apud deuotissima principia,si tamen milites,q
cõmeatũ recipiũt sunt de nu.xxx.quib' cõmeatus fuit cõcessus,
z actuarius de pactiõe publicũ ostẽderit instrumentũ. Item tri
bunus.xxx.militibus tm põt dare licẽtiã cõmeandi,z si pluribus
dederit licentiã cõmeandi,illi plures nõ habebũt stipendiũ, sed
erogator ipsum rõne publice reportabit.ipse tenet tribunus,z de
suo proprio eidẽ satisfaciet. Item.x.primates ex principijs deuo
tissimis,vnusquisq caput schole iuratus dz deponere apud acta
sub suo aspectu vnumquemq militẽ recepisse de manu erogatoris
annonã ei debitã. Et hãc relationẽ tribuno,z deuotissimis prin
cipijs.z de trib' mẽsib',in tres mẽses,z postea notificare Prin
cipi. Item erogator pecuniã publicã,quã recipit,dz inter mili
tes,intra duos tres vel quatuor mẽses erogare,cõsiderata loci di
stãtia,z si hoc facere distulerit,omne damnũ resarciet militib.q er
negotiatiõe sunt passi. Item si erogator hui' l.præcepta violauerit
aut in officio aliquod scelus cõmiserit,penis hic insertis ordine
hic scripto punit. Item salariũ debitũ militib.defunctis filijs,z
vxoribus militũ per erogatorẽ pstabit.h.d. In text.ibi,eroga-
1 tor manu sua. † Ro.q cõseruatores monete ciuitatis Perusij
qui sunt deputati ad soluendũ stipẽdia,nõ possunt soluere stipen
diũ per substitutũ,sed sua manu soluere debẽt. In text.ibi,p suã
2 manum. † Ro.q stipẽdiarij cõstituere nõ possunt procuratorẽ
ad suũ stipendiũ recipiendũ,qz per manum propriã ipsorũ debẽt
recipere,z ideo sint cauti procuratores cõmunis q nunquã pro-
a curatori ipsorũ soluãt.a In text.ibi,ipse cũ actuario. † Ro.q of
4 ficiales publici possunt mutuare pecuniã stipẽdiarijs sub vsuris,
tũ vsure nõ possunt trãscẽdere tertiam partẽ eius q mutuat,vt
5 hic q no. In text.ibi,super his vero. † Ro.q ille,qui mutua-
uit pecuniã stipendiarijs,z si sibi non satisfit,põt eorũ stipendiũ
sequestrari,argum.tamen contra in l.stipẽdia.ff.de exec.rei iud.
6 In text.ibi,pactacia habita. † Ro.istam literam coniuncto ver.
protulerit.q est j.qz hic est casus q non põt fieri sequestrũ de re
b alicuius,nisi debitum ostendat per publicũ instrumentum.b In
7 text.ibi,de proprijs facultatibus. † Not.contra conseruatores
c monete,qui dant quandoq licentiam militibus se absentãdi:c cõ-
tra formam statutorũ.Nam stipendiarij non debent habere stipẽ
8 dium p illud tempus a cõi,sed a conseruatoribus. † In text.ibi,
iuratus deponat. Ro.istum text.pro eo q diximus quotidie ta
lis testis iuratus,&c.nã per hoc probatur iuramẽtum præcessisse
vt hic,z l.Theopompus.ff.de dote præleg.tũ cautius est vtde iu-
ramento appareat,vt ibi no. Sy. In text.ibi,sub obtutibus.
9 † Ro.q testis qui reddit cãm sui dicti,debet rũdere p sensum
d corporis actui cõgruentẽ,d vt hic,z l.testiũ.ff.de test. † Ultimo
10 apparet hic,q6 si testis dicit rem agitatam fuisse,sicut superius
dictum est,z ita factũ est in meo conspectu,valet,z probat. In
11 text.ibi,hoc videlicet. † Not.quod ille qui tenetur soluere stipẽ
dium stipendiarijs,si habet pecunias,z negligit soluere eis,z ob
hoc stipendiarij accipiant pecuniam sub vsuris,q ille tenetur re
stituere omnes vsuras,z omnia damna que incurrunt occasione
illius negligentie.

ADDITIONES.

Pro cõcordia.Aduerte quod seruire possumus per substitu-
tũ eque idoneũ z dignũ,ita Bar.in l.agẽtes.de prepo.agẽ.in re
bus.ff.eo.lib.Contrarius tũ allegatur hic.l.iubemus.z in l.proba
tiones.de di.offi.z appa.iudi.Tu dic speciale esse in aliquibus ca
sibus,vt non possit,z maxime quãdo electa est industria persone,
facit c.in criminalibus.v q.iij.gl.in cle.j.de vita,z honest.clerico.
facit q no.Bal.in c.j.ff.furtũ de pace iura.firma.alias autẽ secus
regulariter.Et innuit d.Alex.posse Bar.saluari vt hic in addi.
a ALEX. Pro quo est bonus text.in ratione sui.l.j.ff.ne autẽ.de
3 cad.tol.ibi,vel domum suis manibus. † Ex quo apparet,q vbi
lex vel statutũ mãdat aliquid suis manibus fieri,nõ põt per sub-
* stitutũ expediri,*vt tenet Alberi.in suo dictionario,z sequit hoc
dictũ pro valde notabili Lud.in l.j.ff.si quis ita.de ver.obli.z se
quit gl.in cle.j.in ver.personaliter,de vita z hon.cler. Bal.in c.j.
in ff.iniur.de pace iuram.firman.in fi.prin.z quibus modis.feud.
amit.c.j.z in c.j.ff.si quis decesserit.si de feud.fue.cõtro.facit.l.j.ff.
ne autem.de cad.tol.Adde Bart.in l.fi.ff. de his qui publ.coll.z.
Item in versic.in text.ibi,habita.Aduerte,quia hoc dictum

Bartol.

Bar. non videtur verum, quoniam id quod hic dicitur, est speciale in milite, quando agitur vt stipendium militis sequestretur, ergo in contrarium est ius commune, l. ius figulare, ff. de legib. ꝛ contra Barto. hic facit l. si fideiussor. §. si satisdatum. ¶ Et adde quod hic dicitur de milite specialiter habet etiam locum in doctore. l. fori. ꝛ l. aduocati, de aduoc. diuer. iud.

* ¶ Expediri. Vide Fel. in c. qm̃ apostolica. §. is aũt. de offi. dele.

b ¶ Per publicum instrumentum. Adde istum in l. litibus in fi. §. de agri. ꝛ censit.

c ¶ Sant quandoque licentiam militibus se absentandi. Adde qualiter puniantur dantes potestatẽ abeundi militibus, de quibus hic, ꝛ dic quod dant illis, quorum venia abierunt salarium ex eorum proprio. ita sentit rex. huius l. secundum Roma. qui ad hoc sing. cum alleg. in suo sing. lxx. incip. dantis licentiam.

d ¶ Cõgruẽtem. Adde Fel. in ca. literis, de p̃sumptio. ℣. in glos. ij.

LEX XVII.

Cum sepe. [a] Milites deputati ad custodiam alicuius persone, vel loco, annonam de publico non percipient, sed a constituta persona salarium habebunt de publico. ¶ Item milites non debent ad custodiam alicuius deputari sine licentia Principis in scriptis obtenta, contra facientes pena hic inserta puniuntur. hoc dicit.

1 ¶ † Ro. ex prin. quod si milites ciuitatis Perusij destinãtur ad custodiam ciuitatis Castelli, quod stipendium debent habere a ciuitate Perusij, non a ciuitate Castelli, sed ab alia ciuitate recipient annonam pro ipsis, ꝛ pro equis. ¶ † Ulti. no. quod milites ciuitatis Perusij non possunt in consulto communi ire ad custodiam alicuius castri ciuitatis Perusij, sine licentia communis in scriptis data. ꝛ ideo sint cauti, vt semper licentiam in scriptis faciãt registrari. ¶ † Ultimo gl. sumit arg. an custoditus a nuncio communis debeat soluere nuncio, vel communi. Dic vt in ea.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Not. hic vnam glo. que vult carceratum non alendum ab eo qui fecit eum carcerari, si habet vnde se alat, alias secus, ꝛ idem voluit Bar. in l. sanctum. ff. de rerum diui. ꝛ Bald. in suo tracta. de carceribus. in fi. Aret. in §. fin. in fin. insti. de actio. ꝛ Adde Bar. ꝛ ibi scripsi in l. iij. §. de feud. ex quib. cau. in poss. eat.

De excoctione, & transla. milita. annon. Rub. XXXIX.

LEX I.

Opinatores. Opinatores delegati, vt militibus annonam exigant, et eis soluant a prouincialibus, non petunt panis excoctionem, si fuerit inter eos consuetudo contraria. h. d.

1 † Et no. ex hac lege quod consuetudo prouincie excusat in illis, in quibus aliquando non excusaretur. concord. sunt in gl.

LEX II.

In excoctione. Ab excoctione panis, nulla domus etiã Principis excusatur, ꝛ si procurator eius, cui panis coquendus mãdatur contumaciter facere neglexerit, punitur ipse, ꝛ dominus eius, si fuerit conscius. h. d. ¶ † Et no. hic casum contra procuratores absentium quibus procuratorio nomine aliquid mãdatur per commune. quia si neglexerint, puniuntur ipsi, ꝛ domini si fuerint conscij. ¶ † Ult. no. hic esse casum, quod dominus ex contumacia procuratoris punitur, si est conscius, ꝛ hoc modo potest limitari. l. j. §. si procu. ff. si quis ius dic. non obt.

De militari veste. Rub. XL.

LEX I.

Omnem. Canonem vestium a Kalendis Septẽb. vsque ad Kalendas Aprilis [a] Respublica soluet. h. d. † ꝛ no. hic esse casum, vestes hyemales faciendas esse a Kalendis mensis Septemb. ꝛ durare vsque ad Kalendas mensis Aprilis, ꝛ vestes estiuas a Kalen. mensis Aprilis, vsque ad Kalendas mensis Septẽb. quod no. pro familiarib. quibus promittitur vestis vernalis, ꝛ estiualis, etiam pro illis quibus in testamento relinquitur.

a ADDITIO.

a ¶ Aprilis. Adde Specu. in tit. de procu. §. j. ℣. si. itẽ q̃ est miles. ¶ Tu vide oĩo de his vestib⁹ estiuis ꝛ hyemalib⁹ An. Lot. fin. suis in ver. vestis. incip. p salario. vbi refert ꝛ sequitur istum alle. Ant. Lot. Ro. fin. dec. inc. aliud nõ scim⁹. quę tñ idẽ Lot. nõ alle.

LEX II.

Prouincie. Prouincie Thracie pro quibuslibet viginti iugis, seu capitibus anno quolibet vnã vestem prestabunt ad vsus militum. Scythia, ꝛ Misia pro xxx. iugibus, seu capitibus quod in Egypto ꝛ partibus Orientis seruatur, ꝛ si vestem non habent loco eius vnum aureum prestabunt, exceptis Hostroenatis, ꝛ Ysauris, que ad auri prestationem non tenentur. hoc dicit.

LEX III.

Ornatissimis. Ad vestem militis non prestabuntur bini tremisses, sed vnus solidus. h. d. † Ro. q̃ pro vna chlamyde nõ sufficit vnus florẽ. vt hic, ꝛ in gl. in ver. chlamydibus. vnde si promitto tibi facere chlamydem, intelligitur maioris pretij quam sit vnus florẽ.

a auri, quod est verum considerata conditione persone. [a] Hã si promittitur vni militi vel vni doctori maioris pretij esse debet, secus

2 si alij vili persone. † Ultim. no. contra sartores, quod pro factione vnius chlamydis non possunt accipere nisi vnum florenum. [b]

ADDITIONES.

a ¶ Considerata conditione persone. Adde Anton. Lot. sing. suis in versi. conditio. incipien. aliquis promisit mihi facere vestem. vbi alle. tex. ꝛ gl. huius legis de quo omnino per Fel. in c. causam, extra de vsu. ꝛ per dom. meum Jas. May. in l. j. §. de leg.

b ALEX. ¶ Adde gl. not. in §. cum ex aliena. instit. de rerum diui. que dixit, quod valet consequentia, sartor, ergo fur.

LEX IIII.

Militaris. Quinque partes pretij vestis militaris in pecuniam debent dari fortissimis militibus, debilibus vero sexta pars in panno. hoc

1 dicit. † Hot. ex glo. ista, quod armentum in dubio intelligitur de

2 animalibus magnis, sed † grex de pecudibus, ꝛ animalibus minutis, qui ergo promittit gregem potest dare pecudes, sed qui promittit armentum non potest dare, nisi bestias magnas, et grossas. quod no.

De metatis, & epidemeticis. Rub. XLI.

¶ In glo. Rub. ibi, ex eo. castrametati. Ho. ex hac glo. quod pax

1 que facta fuit apud Sartanam, in qua dictũ fuit, quod pax † intelligitur rupta per vnam communitatem alteri faciẽdo castrametationem, nam intelligitur vna communitas castrametari cõtra aliam, quando edificat castrum contra aliam circundatum vallis, id est, fossatis, barbacanis, ꝛ similibus quod no.

LEX I.

Quis. Mensor deputatus ad hospitia mensuranda per epidemiticos, militibus danda, seu assignanda si in hospicio domus scripsit nomẽ militis, cui fuit hospitium assignatus, postea aboleuerit, punitur pena falsi. hoc dicit.

LEX II.

Inqualibet. [a] Vbicũq; Princeps est. vel milites sub Principe militãtes, pro hospitandis dictis militibus dñi domus debent domus suas diuidere in tres ptes. vnã partẽ p se debẽt retinere, aliã militibus, quã optauerint, eis tradere, aliã vero partem dñi domus relinquere, sed ab hac inquietatione ergasteria mercimonijs deputata sunt immunia. Si tñ in parte dom⁹ militibus assignata stabulũ deficiat in ergasterio partẽ pro stabulo debet habere. Itẽ illustribus militib⁹ assignabũt dimidiã domũ eorũ, eis tñ electione seruata, contrafaciẽs punit⁹ pena hic

1 inserta. h. d. † Ro. ex gl. in ver. ergasteria. quid dicat angiportus.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ro. tex. q̃ milites non debent hospitari in domibus ciuiũ quem alle. Lauden. in trac. de principe, in tit. de milite, in iij. conclusione. Et adde q̃ ciues tenẽtur dare militibus habit ationẽ, ꝛ non teneantur dare victũ, scz lectus, oleũ, ꝛ alias massarias, in l. j. de salga. hospi. non prestan. qs est contra id quod hodie fit.

LEX III.

Tanctos. Presentibus iudicibus qui de cã cognoscẽdi habent potestatẽ nõ debẽt

1 eor̃ pretores, id est, iudices ordinarij adiri. h. d. † Ro. q̃ si dñs legatus venit ad ciuitatẽ Perusij, ꝛ hospitatur in domo dñi epis. q̃ do. epis. propter eius presentiã nõ perdit suã iurisd. ꝛ ideo nõ debent volentes litigare adire dom. legatum, sed dñm epis. Et ita tenet hic gl. ꝛ habuistis in auth. de defen. ciui. §. nulla. vbi defensor ciuitatis nõ pot iurisdictionẽ suã per presentiã presidis.

LEX IIII.

Fabricensium. Domus fabricensiũ ad hospites recipiendos nõ graduatur. h. d. Non habetis hic alia.

LEX V.

Deuotum. Nullus miles ad presidiũ publicum seu priuatum põt accedere, ꝛ contrafacientem tanquam sacrilegũ quilibet põt expellere, ꝛ administratorem, qui eũ transmiserit, punitur. atque dictis militibus trãseuntibus solũ hospitari licet nihil pro

se vel pro animalibus ab hospitante querent vel exigent, siue hospitans inuitus siue volens det, z in hospitio inuitis dominis domorum residentiam non facient. contra faciens punitur. h. d.

1 In text. ibi, vltionis. † Ho. quod pro defendenda possessione sua licitum est vlcisci. z talis vltio non est propie vltio, sed defensio, vt dicit gl. quod no. ad q. de eo qui dixit in iudicio ad sui defensionem Titium vlciscendo percussisse. Nam istud verbum vltionis, non sumitur hic pro offensa, sed potius pro defensa. In text. ibi,

2 qui primum. ¶ † Not. hic tex. expresse, quod si aliquis vult me expellere de possessione mea, quod amici mei, z vicini mei possunt

a percutere volentem me expellere, ne me expellat.[a] quod est valde notandum.

ADDITIO.

a ¶ Ne me expellat. Adde Flor. in l. scientiam. §. qui cum aliter. ad l. Aquil. z Bal. in l. vt vim. ff. de iust. z iur. z Andr. de Iser. in titul. de mil. va. qui contumax est. vbi tenet idem pro recuperatione, z adde eum etiam in titul. de pac. iurament. firman. in §. conuenticula.

LEX IX.

OMnes Hospitantes milites in domibus hospitationum eorum nullam aliam discussionem vel penam debent subire. ¶ Item nullus debet impetrare vt a munere hospitandi milites sit immunis, ne vicini domus grauentur. contra facientes puniuntur, et carebunt impetratis, hoc dicit.

LEX X.

